GEORGII WILHELMI FREYTAGII

LEXICON ARABICO-LATINUM

PRAESERTIM

EX

DJEUHARII FIRUZABADIIQUE ET ALIORUM ARABUM

OPERIBUS

ADHIBITIS GOLII QUOQUE ET ALIORUM LIBRIS

CONFECTUM.

ACCEDIT

INDEX VOCUM LATINARUM LOCUPLETISSIMUS.

TOMUS PRIMUS.

ا — خ

HALIS SAXONUM

APUD C. A. SCHWETSCHKE ET FILIUM.

MDCCCXXX.

TYPIS ARABICIS ACADEMIAE REGIAE BEROLINENSIS
IMPRESSUM HALIS IN OFFICINA GEBAUERIA.

FRIDERICO WILHELMO III.

REGI AC DOMINO AUGUSTISSIMO POTENTISSIMO

PATRI PATRIAE

LITTERARUM ARTIUMQUE OMNIUM INGENUARUM TUTORI
FAUTORI LIBERALISSIMO

HOSCE

STUDIORUM SUORUM FRUCTUS

SUMMA QUA PAR EST GRATI

ET OBSTRICTI ANIMI SUBMISSIONE

D. D. D.

REGIAE MAIESTATIS

CULTOR DEVOTISSIMUS

GEORGIUS WILHELMUS FREYTAG.

LITTERARUM ARABICARUM STUDIOSIS FAUTORIBUS PATRONIS

S. P. D.

G. W. FREYTAG.

Cogitanti mihi saepenumero et consideranti, quonam potissimum auxilio linguae Arabicae studium iuvarem, nil mihi aut maius aut utilius visum est, quam edere lexicon Arabicum. Multa enim quum sint huius linguae subsidia, tum illud inprimis necessarium, ut ad verborum sensus discentibus patefiat aditus. Quo subsidio quamquam hactenus non omnino caruimus, tamen lexica Arabica hoc quidem tempore sunt tam rara, ut etiam magnos si quis sumtus ponere velit, eorum comparatio habeat magnam difficultatem. Ego vero non is eram, qui vel laudis studio abreptus, vel nimio mei amore occaecatus tanta tamque difficili in re leve caperem consilium. Videram huius rei amplitudinem et horrueram. Multum igitur et diu quum haesitassem, urgente usus necessitate, adhortantibusque ad opus suscipiendum amicis, eo tandem perductus sum, ut cunctatione abiecta ad ipsam rem accederem. Neque tamen quum opus aggressus essem, curis anxiis liber erat animus; verebar enim, ne aut tempore exclusus, quod pro rei magnitudine nimis angustum praescripserat bibliopola, opus non absolverem, aut, si absolvissem, ob nimiam in perficiendo festinationem incurrerem in reprehensiones virorum doctorum, qui omnibus numeris perfectum si propter nimis angustum temporis spatium edi non possit, totum omittendum suadent. Nec vero vituperandus mihi videtur vir ille honestissimus de evulgando hoc opere meritus, quod me tum ad festinandum impulerit, tum ab opere nimis extendendo revocaverit. Nonne timendum enim, ne, si nimis accrevisset liber, pauci tantum ob sumtus auctos emtores reperirentur, non, si tardior moras facerem, ne alius quis simile quid edendo praeveniret? Neque vero vana prorsus fuit haec cautio. Nam quum statim post laboris suscepti initium me viseret vir summe venerandus Leand. van Ess, certiorem me fecit, se in animo habere, Golii lexicon significationibus, quae in Meninskii opere legerentur, auctum iterum edere. Ac primum quidem virum quum, argumentis a me prolatis, a re litteris vix utili, editori mei operis nocua revocari non posse viderem, acquiescendum putabam sperans fore, ut difficultatibus ab incepto deterreretur; sed quum virum quendam mihi amicissimum de iuvene, cui corrigendi operis negotium mandaretur, litteris interrogasset, bibliopolae, qui mei operis edendi curam susceperat, totam rem commisi. Aliorum autem nomina, qui hac in re elaboraturi aut difficultatibus impediti aut de nostro consilio certiores facti destiterunt, recensere nil interest. Qui autem propter nimis breve temporis spatium concessum omnino rem omittendam censent, iis respondendum puto, melius esse in re necessaria, qualis est nostris temporibus lexici Arabici editio, opus edi omnibus quidem numeris non absolutum, cuius tamen ope studia Arabica et inchoare et persequi possint iuvenes, quam re omissa studium omne et amorem harum litte-

rarum exstingui. Per totum autem mihi concessum temporis spatium semper deditus isti operi perficiendo nihil cupiebam, nisi ut non nimis a virorum doctorum desideriis abesset, caeterisque occupationibus otii tantum suppeditabam, quantum ad animi relaxationem necessarium videbatur.

Quo autem plures sunt ii, qui nec amplitudinis neque difficultatis eiusmodi operis habeant cognitionem, maiorem fortasse in opere nostro tum verborum copiam tum significationum fidem exspectantes, eo magis necessarium videtur paucis exponere, tum quod esse debeat lexici institutum, tum qui sint nostri operis et fines et ratio.

Primum quidem elaborandum, ut ea verborum copia, qua ipsa lingua gaudet, lexici opere contineatur. At quis non videt huius rei magnitudinem praesertim in lingua Arabica? Ea enim lingua non solum ditissima est omnium, sed scriptores etiam protulit paene innumerabiles, qui quum sint diversi et aetate et ingenio et a nostris moribus maxime alieni, non possunt quin sint saepius obscuri. Quare nemo iustus huiusque rei peritus a me quidem omnium totius linguae vocum aut collectionem aut explicationem postulaverit. Qui enim fieri potuit, ut tantam in toto terrarum orbe scriptorum dispersorum copiam perlegerem, quorum etiam nomina tantum abest, ut sint ab Arabibus hanc rem tractantibus recensita, ut magnam partem ipsis sint incognita. Aut quae mihi potuit esse tanta doctrina, ut, etiamsi breve vitae spatium illis perlegendis sufficeret, eorum etiam scriptorum opera recte intelligerem, qui tractarunt disciplinas mihi plane obscuras. Equidem tantum mihi non arrogo. Limitibus igitur arctioribus opus nostrum includi necesse erat, et aequis reique peritis iudicibus me satisfacturum putabam, si ea potissimum verba in opere meo explicassem, quae intelligendis scriptoribus et primae et mediae aetatis sufficerent, quibus iisdem usi esse videntur in lexicis conficiendis Djeuharius et post eum vivens Firuzabadius. Horum igitur operibus iterum iterumque perlustratis, quidquid scitu dignum esset, in mei operis ordinem transtuli; nihil videbatur enim tam consilio nostro aptum, tam conveniens ad usum iuventutis. Simulque non parvam scholiorum veterum copiam aliosque auctores multos magno cum studio pertractavi, plura a Reiskio et Iac. Schultensio ad Golii marginem adscripta in usum meum converti, ut si plures meo opere tum voces tum earum explicationes, quam et Djeuharii et Firuzabadii contineri contendam, nemo hoc arrogantius a me dictum existimaverit. Neque vero cuiusque artis voces proprias, quas dicunt technicas, quarum in lingua Arabica tanta reperitur copia, ut integri voluminis spatium impleat, neglexi, magnumque numerum tum ex grammatica, tum ex arte metrica et rhetorica, tum ex aliis in opus inserui. Sed quum ne ipsis quidem Arabibus doctissimis nota sint earum rerum vocabula, quae cuique arti atque scientiae propria his tantum accommodatum habent sensum, nemo a me earum rerum vocabula explicata postulaverit, quarum doctrina non sum imbutus. Arabes enim quamquam non ipsi multas disciplinas atque artes invenerunt, tamen ab aliis inventas amplificarunt et exornarunt, et vocabulis propriis sive, ut ita dicam, technicis, ut vocum significationes, quae artes aut litteras spectant, accuratius intelligerentur, efficere studuerunt. Istas enim Arabibus usitatas voces ut recte intelligamus, duo requiruntur, unum ut linguam Arabicam bene calleamus, alterum ut simus in iis disciplinis artibusque versati, quarum propriae sunt hae voces. Hoc autem maius quiddam esse, quam ut ab uno viro brevi vitae spatio praestari possit, quis est qui neget? Quanta enim est earum artium multitudo, quas et coluerunt Arabes et perfecerunt? Acquiescendum igitur est in votis, ut quod ab uno viro non peragatur, id plures viribus coniunctis perficiant; magno enim linguae Arabicae, imo multarum disciplinarum atque artium studio esset adiumento, si quae variarum et disciplinarum et artium voces propriae in multis libris dispersae sunt, in lexico collectae et explicatae reperirien-

tur. Sed ut huic desiderio satisfiat, legendi sunt cuiusque artis scriptores ab iis, qui harum rerum periti sunt eo quidem consilio, ut vocabula propria sive, ut ita dicam, technica colligantur et explicentur.

Iam antea dictum, me non id curasse, ut ex omnibus cuiuscunque generis atque aetatis scriptoribus tum verborum tum significationum copiam colligerem, primae me et mediae aetatis potissimam habuisse rationem. Quapropter eas significationes, quas scriptores Persici et Turcici verbis Arabicis subiiciunt, inferre supersedi; voces enim Arabicae, quas vel Persae vel Turcae adoptarunt, tam multum abest, ut in lingua Arabica usitatas conservarint significationes, ut haud raro pro varia utriusque linguae ratione mutatas acceperint. Tu vero, qui lexicon Arabicum omnimodo significationibus augere suades, non videris animadvertere, istae non mere Arabicae significationes quam facile non solum tirones, sed etiam doctos in errorem ducant. Neque enim mihi alia causa, cur ex libris male scriptis, quales sunt versiones tam veteris quam novi testamenti, aut nunquam aut perraro vel formas vel significationes adnotaverim, ne plus noxae quam utilitatis adferre viderer legentibus. Quae vero voces peregrinae aut antiquissimis temporibus, ipse enim poeta celeberrimus Ahscha Persicas admittere voces non dubitavit, ab Arabibus in linguam receptae, aut a bonis serioris aetatis scriptoribus, qualem nominare placet Ebn-Arabschahum, adhibitae leguntur, iis si in libro locus daretur, operae pretium fore putabam. Voces Geographicae nominaque clarorum virorum quamvis sint interpretandis scriptoribus adiumento, tamen extra operis fines posita habui. Eorum enim in libris Arabicis tanta exstat multitudo, ut nec dignioribus quidem concedi possit locus et horum sit difficilis delectus. Nonnulla tamen, quae propter praecipuam dignitatem non omittenda videbantur, in librum meum recepi.

Quid quod nonnullis fortasse non bene factum videtur, quod in verbis construendi modum indicavi, non eundem semper, ut fieri solet, exemplis et dilucidavi et exornavi. Quae res quamquam maximam in iis lexicis, quae partim scribendo partim loquendo adhibentur, habeat utilitatem, tamen omnino non necessaria videtur in iis, quae nihilo paene nisi scriptoribus intelligendis inserviunt. Accedit, quod lexici Arabici tum verborum tum significationum ambitu completi nomine non omni ratione indigni neque moles nec pretium parvum esse potest. Multis autem scriptorum locis adductis et explicatis quum ut moles ita pretium mirum in modum augeatur, fieri non potest, ut emtorum numerus non deminuatur, et equidem non video, quomodo, qui tali in libro edendo sumtus posuerit, detrimento liberetur. Quod detrimentum quo certius caveret, qui operis vulgandi curam susceperat vir honestus, ut statutum foliorum numerum non excederet, conditionem tulerat. Nec vero ego satis mirari queo, quod in duplo, quam constitutum erat, maiore foliorum numero, ea enim fuit viri humanitas, nec edendi operis difficultatem neque vituperationis causam viderit, quae res ut mea ita omnium, quibus cordi hae litterae sunt, laude et gratia digna habenda. Ego vero reprehensionem doctorum non vereor, quod, praetermissis minus necessariis, eos tantum locos adnotaverim, qui aut quia pro linguae Arabicae ratione multum a nostra tum cogitandi tum loquendi modo abhorrebant, aut aliam ob causam omittendi non erant.

Alterum autem est, in quo lexici bonitas cernitur, ut sint significationes verborum extra omnem dubitationem positae. Quae enim in interpretandis scriptoribus veri sensus fides esse potest, nisi verborum significationes sint probatae? Atque in hoc pravitatis genere multiplicis erroris fons latet, qui quo difficilior est lingua, eo largius manat. Haec igitur virtus ut in lexico meo esset, duo mihi erant videnda, unum ut bonis tantum e fontibus haurirem, alterum ut multam in significationibus definiendis cautionem adhiberem. Primum de fontibus lexici mei dicam.

Omnes inter libros, quibus usus sum, primum occupant locum Djeuharii et Firuzabadii opera, quorum ille maiori doctrinae copia, adductis saepius poetarum versibus et significationum auctoribus nominatis opus suum exornavit, hic maiori verborum atque significationum multitudine praestare videtur. In utroque lexici mei fundamentum posui. Licet enim rarissime in Djeuharii opere reperiatur, quod non idem apud Firuzabadium legatur, haud raro tamen ex unius verbis lux quaedam oritur alteri aut dubium removetur. Ipsius quoque Djeuharii verbis interdum vitium a Firuzabadio aut eius editore commissum detegitur. Ut ne vero quis ex Golii opere verborum significationes, easdem quum apud illum legerit, sumsisse me opinetur, non id quidem mihi videtur silentio praetereundum, quod de omnibus Golii, quae maximam partem ex Djeuharii opere collegerit, non nimium confidens Firuzabadii opus inspexerim, collato quoque Djeuharii opere. At vero quum de lexico edendo per litteras viros doctos certiores facerem, hoc mihi erat consilium, ut, in Golii opere mei fundamento posito, vitiosa corrigerem, nova adderem; id enim si fecissem, non parum me in elaborando adiumenti habiturum sperabam. Quae spes multum me fefellit, multa enim quum essent aut addenda aut corrigenda, multa deinde in meliorem ordinem redigenda, tantam mihi res creavit molestiam, ut quod non potius caeteris neglectis, ex Djeuharii Firuzabadiique libris plane nova operis fundamenta jecissem, maxime dolerem. Erat enim, ne negligentiae aut inscitiae vitia e Golii libro in meum irreperent, multum cavendum, ideoque in singulis vocibus denuo adeundus et Firuzabadius et Djeuharius atque retractandus, quo labor meus mirum augebatur in modum. Nec vero illa, quae Golius ex aliis quam Djeuharii aut Firuzabadii operibus adnotaverat, quamquam in ipsa, quia libri ad manus non erant, inquiri non poterat, omnino omittenda putavi et postea, quum, aliqua libri parte typis impressa, pluribus ex hisce aut vitia aut Persicae linguae proprias inesse significationes, cognovissem, fontis nomen, quod prius neglectum erat, addendum censui. Quae etiam in Golii exemplaribus tum Iac. Schultensii tum Iac. Reiskii et Bergii professoris olim Duisburgensis ad marginem adscripta, in rem meam converti, tacere non debeo. Exemplar Iac. Schultensii, viri in hisce litteris versatissimi, in bibliotheca Lugduni Batavorum asservatum, quae erat viri singularis doctrina atque diligentia, multis tum de rebus tum de verborum significationibus, quae potissimum ex libris manuscriptis sumserat, adnotatis auctum erat et ornatum. Alterum quod clarissimi Reiskii fuisse dixi, in bibliotheca Regia Havniae est. Multa cum laude quum in vita Reiskii de isto exemplari praedicasset auctor, tantum me eius potiundi desiderium implevit, ut primum intercedente legato Regio per litteras in nostra Musarum sede utendi veniam rogarem, tum spe frustrata Havniam aditurus iter susciperem. Res ipsa exspectationem fefellit, nimias enim laudes et rem multum superantes esse intellexi. Inerant quidem plura ad marginem scripta, tum scriptorum loci, tum verborum significationes; sed quae erant a viro doctissimo ex codicibus Lugdunensibus desumta, ea maximam partem, quum Lugduni versarer, a me observata erant. Tertius denique Golius Bergii, qui Bonnae in bibliotheca Regia est, multis ad marginem scriptis auctorum iam editorum locis, auctus est, rarius codicum manuscriptorum. Qui autem loci quum significationes aut usu loquendi aut Djeuharii Firuzabadiique auctoritate certissimas nullaeque dubitationi obnoxias spectent, fieri vix potest, ut inde magnum quis capiat commodum. Ego vero viri tantum abest, ut laudes minuere studeam, ut effici non possit, quin eum tam venerer, quam magni aestimem. Alios tamen libros adhibui praeter eos, quos modo nominavi Arabum lexicographos et Ibn-Doraidi opus, quod ad lexicographiam pertinet, quum Lugduni versarer, pervolvi; neque enim mihi tantum, ut totum perlegerem, otium concessum erat. Est maximae auctoritatis liber, quo serioris aevi scriptores multum usi sunt. Duos

praeterea libros haud spernendos ibidem magna cum diligentia pertractavi, unum inscriptum كتاب الاضداد „Liber contrariorum", auctore mihi incognito, in quo vocum significationes in usu loquendi contrariae sibi adnotatae sunt, alterum cuius auctor Abu-Manzur Mauhub ben-Ahmed ben-Mohammed ben-Alchadr, nisi fallor, sexto post Muhammedem saeculo vixit. Collegit auctor et explicavit voces peregrinas in linguam Arabicam receptas. Giggeii me opus omnino neglexisse, Castelli parum tantum in usum adhibuisse, nemo harum rerum peritus vituperabit, quum eorum unus ex Firuzabadii opere librum suum composuerit, alter his quaedam, at non bona semper atque fide digna, addiderit, quid quaeso, potest esse utilitatis in conferendis hisce libris ei, qui tam Djeuharii quam Firuzabadii opus non sine studio atque diligentia pertractavit. Nec mihi erat alia causa, cur plurium, quae ad manus habebam, lexicorum Arabico-Persicorum nullam prorsus rationem habuerim, timebam enim, ne, quas Persae pro ingenii et linguae suae ratione mutarint significationes, cum mere Arabicis commiscerem.

Magno quoque mihi erant adiumento carminum scholia vetera, tum in significationibus accuratius definiendis atque intelligendis, tum in novis inveniendis, inest enim ipsius poetae verbis maximum contra errorem legenti subsidium. Quot autem ex hisce potiundi mihi erat facultas, tot aut tota perlegi aut saltem pervolvi. Quorum mihi haec potissimum mentione digna videntur. Hamasae carminum scholia, tum Hudseilitarum, Djeririi, Motenabbii, Abu l'Ahlae, Ohmari ben-Faredhi, Abu-Tammami, septem carminum, quibus Moallakat nomen est, nec non Meidanii proverbiorum atque Haririi consessuum. In vocabulis propriis sive technicis definiendis usus sum libro تعريفات „Explicationes" inscripto, de rebus, quae ad naturam spectant, qualia sunt plantarum nomina et animalium, Domairii Kazwiniique opera inspexi itemque Forskålium consului.

Me porro ex aliis varii argumenti operibus tum manuscriptis tum typis editis plura in usum meum convertisse, nemo non videbit, qui librum evolverit. Ex hisce nominare placet gravissima illa Ebn-Arabschahi et de Sacyi opera omnia, librum Tochfat-Ichwan Alzafa, historicorum, medicorum opera quaedam aliaque, quorum si nomina loco suo non semper adnotaverim, id, ne rebus utilioribus, speciem doctrinae inutilem non amans, locum eriperem, factum esse censeatis.

Enumeratis libri mei fontibus, restat, ut doceam, quae fuerit utendi ratio. Magna est in significationibus definiendis diligentia adhibenda, cavendum ne specie quadam veri in errorem inducamur. Quae diligentia quum sit in omni scriptore interpretando necessaria, maior tamen esse debet in scriptore Arabico; ut enim quisque est difficillimus intellectu, ita maxime opera danda, ut ad sensum scriptoris penetremus, id quod nonnisi diligentia fit et cautione. Quod quum ad librum nostrum tum recte iudicandum tum adhibendum multum referat et aeque utile sit viris doctis eundem aut amplificaturis aut correcturis, diligentius exponam.

In lexicis et scholiis unam vocem magis usitata altera explicari mos est. Quae res ob significationum miram copiam, magnam non raro exhibet molestiam, quum ex multis eam, quae conveniat voci, eligere difficile sit. In scholiis magnum legenti afferunt scriptoris verba adiumentum, quod non item fit in lexicis, sunt enim nuda lexicographi verba, rarius additur scriptoris locus, ex quo significatio hausta. Id quod a Firuzabadio semper paene neglectum observamus, a Djeuhario interdum factum esse videmus. Adeunda igitur, ut vocis explicationis gratia adscriptae sensum intelligamus, lexicographorum Arabicorum opera, temerarium enim id esset, si quis in tanta tum verborum tum significationum multitudine soli memoriae confidere vellet. Quod vero quominus in singulis semper fiat, nimia, quam adfert, impedit molestia. Evolvendus

igitur aut Castelli aut Golii liber. Qui quum sint errori interdum obnoxii, fit, ut inscii eorum errores in nostrum transferamus. Maxima quidem, hanc ut rem evitarem, adhibita est cura atque diligentia, in rebus dubiis et incertis ipsos semper adii scriptores Arabicos, non pauca sunt correcta. Quae res quo magis appareat legentibus, pauca ex multis eligere liceat exempla.

Golius sub radice جدل sensum vocis جديلة non bene intellexit, et duplex in interpretandis Kamusi verbis vitium commisit, unum, quod vocem الحَيْض enunciavit, alterum, quod eandem ab antecedentibus, quibuscum coniungenda erat, separavit. Quae sunt Kamusi verba الجديلة ......وشبه اتب من ادم ما يأتزر به الصبيان والحُيَّض, eorum hic est sensus: „*Vox* جديلة *ei, cui* اتب *nomen, similis est res, corio confecta, qua pueri et menstrua patientes tanquam cingulo utuntur.*" Ille vero quum vocem falso enunciatam a praecedentibus separaret, factum est, ut *menstruorum* significationem eidem tribueret. Tum quoque Golius voci اجرد significationem *solus, solitarius obivit peregrinationem etc.* inesse putavit; sed non est dubium, quin, quae in Kamuso leguntur verba وحجّ الفرد ولم يقْرِن, ad vocem جَرَّد pertineant. Ut vero in forma verbi, ad quam Kamusi verba referantur, erravit, ita in vocis significatione definienda rectum non vidit. Sub voce فرد nil, quo illa vox explicaretur, inveni; sub voce قرن haec tantum leguntur وقرن بين الحج والعمرة قرانا كاقرن لغية „*Simul rei* حج *et* عمرة *appellatae officiis satisfecit, nomen actionis est* قران, *minus vero probanda est forma verbi quarta eodem sensu adhibita.*" In his aeque et in iis, quae ex Meidanio Golius sub voce مفرد attulit, erat suspicionis causa. Apud Haririum in scholiis p. 523 recta huius vocis explicatio legitur. Ex Djeuharii libro Golius vocibus ذو جرز *duri, crassi* significationem tribuit; sed in nostro, quo usi sumus, huius operis exemplari omnino desunt, in Kamuso ذو جراز leguntur. In explicanda voce جريف Golius voce Persica بيشه seductus fuit, non enim videtur *artis*, sed *densi et perplexi* significatio tribuenda, tum in Djeuharii opere frustra quaesivi. At vocem اجفا interpretatus est Golius verbis *secutus sectatusve fuit pecora nec pascere sivit.* Aut hic error ex vitiosa Djeuharii lectione ortus, aut quoniam Golius vocem اتبع altera cum voce اتعب permutavit; legitur enim in meo Djeuharii codice قال ابو زيد اجفيت الماشية فهي مجفاة اذا اتعبتها ولم تدعها تأكل „*Refert Abu-Saidus, verba* اجفيت الماشية *significare: Fatigasti iumentum moram vorandi non concedens. Tale iumentum appellari* مجفاة". Tum Giggeius et Castellus Firuzabadii verba والزبون الغبي والخريف مولد non bene intellexerunt. Vitium inesse iam vidit vir illust. Silv. de Sacy (*Chrest. Arab. T. III. p.* 186 *ed. alt.*), quem tanquam magistrum pio veneror animo, neglexit autem adnotare pro voce الخَرِيف legendum esse الخَرِيف, cui opinioni favet locus in Kamuso Turcico وزبون شاشقين وغبى وناذان ادمه دينور وبو مولد در يقال رجل زبون اى غبى وخريف.

Insunt quoque lexicographorum libris vitia quaedam aut ab auctoribus ipsis aut a scribis iisque, qui iis typis imprimendis curam gerebant, commissa, quae quo sunt leviora atque occultiora, eo difficilius deteguntur, praesertim, quum in huiusmodi libris vitiorum suspicio perraro in mentem incurrat. Quid, quod uno tantum Kamusi exemplari, editione Calcuttensi usus, conferendi codicis copia carebam? Magnam inde molestiam perpessus quum essem, in benignitate viri clarissimi Wilkenii bibliothecae Regiae Berolini praefecti solatium mihi exstitit, misit enim ad me Bonnam Kamusi exemplar Turcicum et quantum saepius in locis dubiis inspicienti mihi profuit, tantum viro illi debeo. Djeuharii exemplar ex bibliotheca Gothana, cuius usus amicitia atque benignitate doctissimi Moelleri, viri de nostris studiis optime meriti, concessus mihi fuit. Septem multum diversis partibus constat, non omnibus aeque bonis nec non destitutis maximam par-

tem vocalibus, ut facere non possem, quin saepius Djeuharium Turcicum, qui est in Academiae nostrae bibliotheca, adirem. Ne vero quis, in Kamuso Calcuttensi reperiri vitia, temere dictum a me existimet, idcirco exemplis rem illustrabo adparebitque magnam in utendo adhibendam esse et diligentiam et cautionem.

Vox مجدل explicata est voce altera قصير, quae *brevem*, *parvum* designat; Golius vero *arcis* قَصْر significationem tribuit voci Djeuharii auctoritatem secutus, cui ut accederem movit me tum poetae Alcomaiti versus:

كسوتُ العلافيات هوجا كانها   مجادل شد الراصفون اجتدالها

„Sellas Ihlafiticas imposui camelis celeribus, quae arcibus firmiter ab aedificatoribus constructis similes sunt,"

tum alter ab eodem Djeuhario adductus poetae Alachschae:

في مجدل شُيّد بنيانه   يزل عنه ظفر الطاير

„In arce ita firmiter aedificata, ut aves in eius muros ungues immittere non possint."

Vocis مُتَجْذُوذى in Kamuso scriptionem esse falsam probat versus a Djeuhario adscriptus:

الستَ بمُتَجْذُوذٍ على الرحل دائبٍ   فما لك الا ما رزقتَ نصيبُ

„Nonne es abruptus, super sella lassus? Tum non est tibi portio, nisi quae dono datur."

Sub radice حجر voces واحتجر به explicatae sunt verbis التجأ واستعاد; ego vero non dubito, quin sit استعاذ legendum. — Vocabulis حسف et حسيف explicandi causa adposita sunt verba جوش الحيا; rectum est جَرْش. Sub eadem radice ex verbis كفرح احن وحسك, unum احن in احن mutandum est. Quae sub radice حطم legitur vox حاطوم explicata altera voce حاضوم, ea voce هاضوم explicetur. Vox تَحَزَّق illustrata est altera تَنَقَّذ; recta autem est scriptio تَنَقَّد. Vox جلحب cum derivatis mutetur in جلحب. Mutandum quoque المخمّر, quod post حاكل est, in المخمّن, et sic in Kamuso Turcico legitur. Vocem جلحة reddidit auctor verbis مخض بالسمن, quis autem est, qui non legat محض بالسمن? Vocem خلق explicatam invenimus voce شكل, cuius rectior scribendi modus est ثكل. Sub radice حك pro voce اذلاء *viles*, *contemti* scribatur ادلاء *viae duces*. Tum Kamusi auctor vocem خمة voce نومة explicavit, qui scribendi modus et a Golio in appendice indicatus est, nihilominus legatur بومة. Huiusmodi vitia ut propter usum scripturae Cuficae orta videntur, ita quoque, ut opinor, eadem de causa, voces احتزل et احتزك, adnotante Firuzabadio, permutantur. Post vocem خَرْب pro voce لَجْف legatur لحف. Sub radice خرق sunt, ni fallor, verba او اذا بلغ ستة اشهر او سبعة اشهر in locum falsum translata. Sub radice خرم tria sunt corrigenda, unum خَرَزة, pro quo خرزة legatur, tum non recta videntur verba والاخرم ومنقطع العين, quum desideretur rectus coniungendi modus, denique pro مخرم السيل legatur مخرم السيف. Sunt verba وبالتحريك شجر كالدوم

وللحزام كشدان بايعه sub radice خزم, quibus nisi inest vitium, non bene locata ea sunt, non enim potest referri vox بايعه ad تجر الحدوم; referatur potius ad funes, ut qui eos vendat, خزام nomen gerat. — Sub radice خصف linea quarta والجزور vitiose scriptum est pro والجرور. Voces ايام الخافقات sub radice خفق explicavit auctor verbis ايام تناصرت بها النجوم, pro quibus legatur necesse est ايام تناثرت بها النجوم. Pagina 1157 linea decima sub radice خلف sunt verba من الطعام اخر طعمه وبالفتح ج كصرد وذعاب; legendum autem videtur اخر طعمه ج كصرد وبالفتح ذعاب; pluralis enim خُلَف pertinet ad خُلْفة. In explicanda voce تبيلة vox المنيبة scripta est pro المنيبطة. Legas porro sub radice حرم pro شهر الله الاصب, quae falsa est lectio, شهر الله الاصم. Non minus falsum est, quod legitur vocis حروم explicandae causa adscriptum الناقة المعتانة الرحم; legendum est المعتاصة الرحم. Apud vocem خَشْر scriptum reperitur خلاء pro جلاء, et sub radice حشم legis خَشْماء pro خُشَّماء. Vocem حصان altera دِرَّة explicatam legimus, talis autem est in Kamuso Turcico huius vocis explicatio, ut دُرَّة enunciandum esse appareat. Vox autem مُحْتَبَن, quae *canistrum* (زِبّيل) designat, voce زِبّيل *fimus* illustrata est. Quae vocis احتضن explicandae gratia adscripta legitur vox انْتَضَ, ea in ابتض mutetur. Vocis جَأ sextae coniugationi تَجاجَأ Kamusi auctor tribuit sensum ان يورمْ استه ويُخرج موخره الى ما وراءه; sed magis convenit verborum sensus اذا تَوَرَّم وخرج استُه, qualia sunt in Kamuso Turcico adnotata. Tum Kamusi auctor vocem خَرّ reddidit verbis حبة مدورة; sed non est dubium, quin sit legendum, حبة مدورة. Sub radice خفر pro تشوير legas تسوير, sub خلص in locum vocis نشط substituas تشظى. Denique sub radice خمر sunt verba والخى وصداعيا, quae non sunt, quin mutentur in والخمر وصداعيا. Sed lectores ne fatigem, sufficiant quos enumeravi locos tum ut intelligatur, plura esse in Kamusi opere vitia, tum magna opus esse et diligentia et cautione ad ea detegenda atque corrigenda.

Atque etiam alia sunt in lexicographorum libris silentio non praetereunda, quorum primum est, quod plura aut nimis breviter aut non satis dilucide explicaverunt auctores. Sub radice حدل Firuzabadius scripsit حدل الحب فى السنبل اذا وقع, quibus in verbis, quid velit وقع, dubitare licet. Magis aperte Djeuharius قوى scripsit. Neque autem sub voce الحندل facilia sunt intellectu verba ما يقله الرجل, nec, quibus vox الحوادى illustratur الله تجذو فى سيرها كانها تقلع. Non minus obscurum est توصل in verbis اذا لم توصل, quibus, quid sit رحم جذاء significare studet, nil enim sub radice وصل, quo huius formae sensus aperiretur, inveni. Vox جمام altera راحة redditur, sed num *vola manus* sit, quae est vocis magis usitata significatio, an *quies* origini magis conveniens, in dubium vocari potest. Non minus quoque legens erit incertus, quae sit ultima vocis حق significatio. Quibus autem de rebus remanere videbatur dubii locus, addere auctoris verba, ut alii et rectum videre et errorem detegere possent, non neglexi.

Tum sunt in Firuzabadii opere, quae quo pertineant, non facile est dictu; sed uno tantum exemplo, quod prae manu statim incurrit in oculos, dilucidare rem placet. Sub radice جر quae sequuntur verba leguntur والجراجر الضخام من الابل واحدها الجرجور وبالضم الصخاب وجرجرايا ع والكثير الشرب والماء المصوت. Quod si his in verbis loci rationem habes, ad vocem جرجرايا referendae sunt significationes duae posteriores, quod quum fieri nequeat, ad vocem جراجر vocali Dhamma enunciandam spectent, necesse erit.

Sunt denique in Arabum lexicis, quae, quum essent Arabes lectores, ad unum omnibus nota, explicare operae pretium non habuit auctor, adscripta voce معروف *nota.* Ita vocis سويق minus usitata vini (خمر) significatio adscripta est, caeterum addita voce معروف *notum.* Quae res non potest, quin interdum paret legenti molestiam. Kamusi auctor voces جذيذ et جذيذة altera voce سويق explicavit et Golius conservata voce سويق addidit *Frumentum decorticatum confractumque*, tum vocem ipsam سويق reddidit altera *polenta*, *ptisana.* At vocem جرب omnibus notam habere significationem dicunt, nec non جاورس esse granorum nomen, quae omnibus nota sint.

Quid quod in tanta tum verborum tum significationum multitudine, in frequenti verborum usu poetico aut nesciunt lexicographi aut saltem dubitant, quaenam sit tribuenda voci significatio. Solent enim hanc propter causam interponere pluribus vocis significationibus particulam او *vel*, quam in libro meo retinendam esse censui. Ex exemplis paene innumerabilibus, ne lectores copiae taedium capiat, unum tantum eligere placet. Sub radice جربذ leguntur verba وفرس مجربذ القوايم كذلك او هو القريب القدر في تنكيس الراس وشدة الاختلاط مع بطء احازة يديه ورجليه او هو قرب السنبك من الارض وارتفاعه. Quatuor attulit auctor verba فرس مجربذ intelligendi modos, ex quibus qui rectus sit, haerere videtur. Quod qui auctorum ignorantiae tribueret, vehementer erraret, in linguae enim ditissima ambiguitate positum id esse, ut ex aliis ita praecipue ex loco carminis celeberrimi Caabi in laudem Muhammedis dicti apparet. Versu vicesimo quinto camelam describens verbis قنواء في حرتيها usus erat poeta. Quae audiens Muhammedes quum interrogasset socios de sensu vocis حرتيها, pars tacuit, pars oculos esse dixit. Ipse Muhammedes aures significari voluit.

Tractanti autem scriptorem, sive Arabs hic sit, sive non sit, ut novas in eo verborum significationes detegat, eadem quam in lexicis, haud scio an maior etiam diligentia adhibenda sit atque cautio. In rebus naturam spectantibus Domairii et Kazwinii opera adhibuisse me dixi. Cernitur autem in scribendis nominibus tum plantarum tum animalium obviorum in codicibus Arabicis versionibusque Persicis, quos Parisiis aut Lugduni Batavorum inspexi, tanta diversitas, ut qui sit rectus enunciandi modus haud facile intelligatur. Nec quae Forskålius in libro suo adnotavit, tanta, quantam optare licet, fide gaudent. Quam habuit vir immortalis rerum profundam cognitionem, non eandem possedit linguae Arabicae, ut in scribendo, aut quia male audierat, aut ab Arabibus imperitis seductus, gravissime saepe laberetur. His quodammodo consentanea leguntur verba celeberr. Sprengelii in *historia rei herb. T. I. p.* 238. „Olim quidem credidi, Forskålei et Niebuhrii opera summum posse auxilium adferre, siquidem arabica nomina ipsa plantarum indici copioso addiderint. Curatius autem examen docuit, non magna inde speranda esse, quum nomina plantarum fere ubique alia sint, ac ab Arabicis scriptoribus usurpantur." Quam autem rei causam in una tantum re vidit vir doctissimus, ea in pluribus simul posita videtur, et non possum, quin alia esse plantarum, addoque animalium, nomina in aliis regionibus plane assentiam.

Videndum quoque, ne in significationibus verborum novis admittendis temere assentiamus, ut enim quaeque lingua ditissima est et verbis et verborum significationibus, ita quisque in interpretandis scriptoribus facillime errat. Ut vero, si alios temere sequimur, periculosum, sic non erit laudandum, si in Arabicis scriptoribus novi nimis cupidi significationes quaslibet novas detegere studemus. Magna est prudentia atque cautio adhibenda, saepius repetenda rei inquisitio. Quapropter lexica Arabica et carminum alio-

rumque librorum explicationes perquirere, quam in legendis scriptoribus, ut novas invenirem significationes, tempus consumere ratius duxi. Si probatae mihi videbantur significationes, nudas eas adscripsi, sin minus, verba auctoris addidi.

Tertium est, quod lexicographo observandum videtur, ut accurate atque dilucide, non multis sed rei aptissimis verbis significationes definiat, ne ulla legenti de sensu dubitatio relinquatur; plurimi enim existimo interesse ad scriptoris verba recte intelligenda, significationes a lexicographo definitas non vagas esse, sed accurate et distincte explicatas. Id vero quum in quaque lingua difficillimum sit, tum ab eo, qui lexicon Arabicum conscribit, in omnibus sine ulla exceptione vocabulis nec exigi potest neque praestari. Quid quod ipsi Arabes in multarum vocum significatione definienda dubitant et haesitant? Accedit, quod rei difficultas multum augetur quum vocis ambiguitate, tum nostra multarum rerum ignorantia. Voci Arabicae شَجَرَة, ut paucis rem patefaciam, tribuenda est significatio *plantae cuiuscis, cuius super terram elatus truncus varios in aërem dimittit ramos*, maxime *arboris*. Quod si igitur Arabum lexicographi aut plantam aut arborem, mihi plane ignotam, voce شَجَرَة designant, quid quaeso potest esse causae, cur unam aut alteram vocis significationem praeferam? Arabum autem lexicographos, quum et ipsi accurata rerum cognitione carerent, nec accurate neque dilucide tales res potuisse definire, quis est, qui non videat? Nec vero est minor difficultas in describendis membris partibusque corporis tum in homine, tum in equo, camelo caeterisque animalibus, partim enim ambiguae sunt voces Arabicae, qualis est vox عِرْق tam *venam* quam *nervum* designans, partim negligentius a grammaticis descriptae, quam quae a nobis accurate definiantur. Et breviter tantum tangere has ipsas res consueverunt Arabum scriptores. Iam vero quantum distat lingua Arabica ab ea, per quam interpretis munere fungi debemus! quam diversi sunt mores totaque et sentiendi et cogitandi et loquendi ratio Romanorum ab ea, quae apud Arabes est! Ita fit, ut non solum singulis vocibus interpretandis saepius desint apta in lingua latina verba, verum etiam, ut totae res in ipsa lingua Arabica facilius intelligi quam in aliena lingua explanari possint. Ubi igitur res aut dubia aut accurate dictu nimis difficilis videbatur, Arabica addere placuit. Eademque causa, quum rei potius quam verborum habenda esset ratio, impulit ut in verborum interpretatione a Romanorum loquendi modo non raro recederem, cui rei veniam dent lectores benevoli!

Quarta autem, quae restat, lexicographo minime negligenda res, in eo posita est, ut sit verborum atque significationum aptus ordo. Duplex in verbis disponendis adhiberi potest modus et ordo, unus ut seriem litterarum sequamur, alter, ut originis habita ratione, quamlibet vocem radici, e qua originem duxerit, adiungamus. Illa disponendi ratio quamvis facilior est et quaerendi molestiam utenti levat, tamen alteri praeferenda non videtur. Haec enim statim ab initio discentem quum ducat ad vocum originem et significationum causas indagandas, doceatque, quam in formandis vocibus secuta sit lingua rationem, tum memoriam multum adiuvat. Etsi vero non eandem haec in quaerendo praebet facilitatem, fieri enim potest, ut quae sit vocis origo, dubitare liceat, tamen, tot et tanta quum discenti paret commoda, in libro meo adhibendam putavi, sperans fore, ut quae vel minus probanda accidissent, excusationem vel necessitatis vel opportunitatis haberent. Huic alter, qui sequitur litterarum seriem, subiunctus est ordo, ut quae e radice derivandae essent voces, eae in litterarum seriem disponerentur. Qua in re quam ego viam ingressus sim, paucis dicendum videtur. Primum id studui, ut quae origine

proximae essent radici, voces, proxime sequerentur eam in verborum serie. Ceteras igitur omnes antecedunt voces, quibus sunt tres litterae, tum sequuntur voces quatuor aut plures habentes, denique sunt positae voces in initio una littera auctae. Radicibus quibus sunt quatuor vel quinque litterae, proprium, litterarum ordinem conservans, locum concessi, putabam enim fore, ut si a recepto ordine recederem, quaerendi facilitati consulerem, et quamquam earum plures a verbis, quae tribus litteris constant, derivantur, plures etiam sunt, quae diversam rationem sequantur. Ut vero in litteris ordo est adhibendus, ita in vocalibus non negligendus. Antecedunt ex vocibus eodem litterarum numero gaudentibus quae una vocali enunciantur; quae duabus vel pluribus, sequuntur. Primo loco sunt positae voces, quibus est vocalis Fatha, tum sequitur vocalis Kesre, denique vocalis Dhamma et hoc quidem modo 1) فَعْل, فِعْل, فُعْل; 2) فَعَل, فَعِل, فَعُل; 3) فِعَل, فِعِل, فِعُل; 4) فُعَل, فُعِل, فُعُل; nec aliter in ceteris.

Sed exposito verborum ordine, deinceps de significationibus dicendum est. Quibus in disponendis est ratio duplex, nam aut e radice aut una ex altera sunt derivatae. Utriusque ratio habenda, ut quemadmodum sint derivatae, ipso ordine adpareat. Anteponenda significatio princeps, significationes inter se cohaerentes loco coniungendae et quo magis absit a radice significatio, eo remotiorem habeat locum. Id quam sit difficile factu, neminem Arabicam linguam callentem fugiet, est enim saepius significatio, quam dixi esse principem, aut omnino deleta, aut ita mutata, ut cognosci nequeat. Significationes ipsas derivatas tanta interdum subiit mutatio, ut quominus eius cum principe cognationem intelligamus, impediamur. Tum disparentibus ex significationum serie pluribus, derivandi ordo non raro interruptus est. Collatis quidem inter se dialectis cognatis, fieri potest, ut quae in una deleta sit significatio princeps, in altera adpareat, sed quam sit id incertum et periculosum, sexcentis iam dudum probatum fuit exemplis, incidit enim in Scyllam, qui vult vitare Charybdim. Et profecto qui vel in lingua Hebraea vel Arabica id perficere tentarunt, infelicis eventus exemplis nos monere atque deterrere debent. Multo vero rem esse difficiliorem in lingua Arabica, quam in alia quacunque, tum ex eo, quod maxima est significationum multitudo, tum quod parum inter se nexu cohaerent, intelligitur. Gens Arabum ante Muhammedis tempus divisa in varias tribus, quae quum magnam terrarum Orientis partem incolerent, ut vivendi ratione sic moribus discrepabant. Quot igitur tribus, tot linguae Arabicae dialecti, et fieri non potuit, quin, qui variam in diversis regionibus et climatibus vivendi rationem sequerentur, variam quoque et vivendi rationi accommodatum loquendi modum excolerent. Multum quoque fecit ad varias linguae Arabicae dialectos excolendas atque exornandas, magnus, qui inter singulas tribus florebant, poetarum numerus, quorum quisque pro ingenii sui ratione, varie locupletavit linguam. Ita factum, ut lingua Arabica immensa verborum copia, nulli nisi poetis usitatorum gaudeat. Quas autem diversas Arabum tribus quum Muhammedes in unum populum coniunxisset, istarum dialectorum diversitas paene sublata fuit, et Muhammedis lege, Alkorano scilicet, quam omnes probabant, Koraischitarum dialectus regnavit, ita ut in istam ceterae omnes tanquam in ramum surculi insererentur. Hinc igitur tanta tam verborum, quam significationum immensa multitudo, qua lingua Arabica locupletata, imo obruta est, hinc illa in disponendis significationibus maxima difficultas. Plures enim saepissime ex illis dialectis ortae sunt significationes principes, multumque inter se discrepantes, plures quoque significationes derivatae, quae cum illa principe non cohaerent. Ex quo facilius intelligitur, non posse omnes huius

linguae et formas et significationes, quia derivandi modus lateat, disponi, quemadmodum derivandi naturae conveniat. Et fuit mihi interdum probabilis causa, cur ab accepto ordine paulo recederem et verba ipsis nominibus, e quibus originem duxerint, anteponerem, tum quo facilius in oculos quaerentibus incurrerent, id studui, ut, quae essent significationes magis usitatae, fieri si posset sine noxa, caeteras loco praecederent.

Atque haec quidem hactenus. Patefactus est enim locus ipse, ut non sit difficile in adhibendo libro, quod cuique sit agendum videre. Tibi autem, Vir doctissime, carissime Roedigere, non possum quin praefationi finem facturus pro eo, quo corrigendi muneri praefuisti, singulari studio atque diligentia gratias agam amplissimas. Quas ego Tibi persolvere non possum gratias variis in opus meum meritis Tuis satis dignas, eas in conscientia pulcherrimi facti inque omnium eorum, qui his litteris favent, grato erga Te animo percipias! Vos denique omnes litterarum Arabicarum amantes, fautores, patronos etiam atque etiam rogo atque oro, ut libro cum diligentia utamini, vitia in eo commissa corrigatis mihique erratorum veniam humaniter atque benevole detis. Valete.

Scripsi Bonnae Calend. Febr. MDCCCXXX.

أ Littera *Alif* in lingua Arabica vario usui inservit, eamque ob causam a grammaticis Arabum variis nominibus appellatur, quae afferre a re alienum non erit. 1) Primum aut a) أَصْلِيَّةٌ *Radicalis* ut in voce أَمَرَ aut b) قَطْعِيَّةٌ *Separabilis* ut in voce أَحْسَنَ aut c) وَصْلِيَّةٌ *Coniungenda* ut in voce اِسْتَغْفَرَ appellatur. Tum 2) pro vario in lingua usu varia accipit nomina a) فَاصِلَةٌ *Separans* in voce بَعِدُوا, quod litteram Pluralis notam a sequente separat, ne pro copula و habeatur, et in voce أَشْغَلْنَانٌ, in qua ea utrumque ن disiungitur; b) أَلِفُ ٱلْعِبَارَةِ et عَامِلَةٌ *Significans* vel *efficax* ut in verbis أَنَا أَسْتَغْفِرُ ٱللّٰهَ; c) contra ٱلْمَجْهُولَةُ *Ignorata* ut in formis فَاعِلٌ et فَاعُولٌ, in quibus nil nisi vocalem *A* longiorem reddit; d) أَلِفُ ٱلْعِوَضِ *Vicem explens* quia loco Nunnationis est ut in عَبْدًا pro عَبْدٌ; e) أَلِفُ ٱلصِّلَةِ *Coniungens* quia Vocalem *Fatha* in fine versus cum littera antecedente coniungere dicitur ut in voce ٱلضَّمِيرَا; f) أَلِفُ ٱلنُّونِ ٱلْخَفِيفَةِ *Alif levioris Nun* ut in voce لَنَسْفَعًا; g) أَلِفُ ٱلْجَمْعِ *Alif Pluralis* ut in vocibus مَسَاجِدُ, جِبَالٌ; h) أَلِفُ ٱلتَّفْضِيلِ وَٱلتَّقْصِيرِ *Alif praestantiae et defectus* ut in his أَجْبَلُ مِنْهُ et أَدْمُ مِنْكَ; i) أَلِفُ ٱلنُّدْبَةِ *Alif planctus* ut in وَا زَيْدَاهْ; k) أَلِفُ ٱلتَّأْنِيثِ *Alif feminini* ut in vocibus حُبْلَى, حَمْرَاءُ; l) أَلِفُ ٱلتَّغَابِي *Alif negligentiae*, quam aliquis adhibere solet, inceptum sermonem territus abrumpens ut in verbis إِنَّ عُمَرَ آ utique Omar ah....; m) أَلِفَاتُ ٱلْمَدَّاتِ *Litterae Alif extensionum* ut in compluribus vocibus ut تَلْدَلْ pro تَلْدَلْ, خَاتَمٌ pro خَتَمٌ; n) ٱلْأَلِفُ ٱلْمُحَوَّلَةُ *Alif permutatum* nempe ex littera ى vel و ut بَاعَ pro بَيَعَ et قَامَ pro قَوَمَ; o) أَلِفُ ٱلتَّثْنِيَةِ *Alif Dualis* ut in يَذْهَبَانِ etc.; p) أَلِفَاتُ ٱلْوَصْلِ *Litterae Alif Coniunctionis* ut in pluribus vocibus sicut ٱبْنٌ, ٱبْنَةٌ, ٱمْرَأَةٌ, ٱسْمٌ etc.

أَ ***Particula a voce sequente inseparabilis* 1) *Vocandi particula* (أَلِفُ ٱلنِّدَاءِ)*; sed tantummodo usurpatur, quum is, quem advocas, in propinquo est* O, heus! 2) *Particula interrogandi* (أَلِفُ ٱلِٱسْتِفْهَامِ) Num, an; أَكَذَا Itane? *significat vero* Utrum — an, sive — sive, *si* أَمْ *sequitur. A poetis* ا *interrogationis omittitur. Post hanc particulam* ف *et* و *saepius pleonastice ponitur* أَلَا, أَفَلَا, أَوَلَا Nonne? أَفَمَنْ Num quis? أَوَلَمْ *et* أَوَلَمَّا An non? an nondum?**

آ *vel* أَا 1) *Particula eminus vocandi* Heus, o, 2) *particula deridendi* Hui, vah.

آءٌ *et* آءَةٌ Sonus آ 2) *Coll. nom. unit. c.* ة Nomen fructus, quo coria inspissantur (*non est nomen arboris ut Djeuharius dicit*).

آجِ *et* آجٍ *Vox quae ei dicitur, qui rem non vult*: Apage, Vah.

آحِ Sonus tussientis.

أَحْ *et* أَحِّ *pro* أَبَاحِ Albumen ovi.

أَارْغِيسُ Cortex radicis oxyacanthae sive berberis. *Vox barbar.*

آسٌ *Coll.* Myrtus, Reliquiae, vestigia rei, Sepulcrum, Socius, dominus.

آصَرِيَالُ Gingidii species.

آه Dixit آه Ah. Heu (vid. أوه).

أب et آب Nomen mensis Augusti. Vox Aramaea.

أبّ F. o. i. 1) Movit rem c. acc., commovit manum ad gladium c. a. et c. الى r.; 2) n. a. أبّ, أبابة, إبابة Desiderio rei impletus fuit c. الى; أبّ الى الوطن Desiderio patriae plenus fuit, vel etiam Tetendit in patriam; أبّ أبّه Fecit id, quod sibi proposuerat; 3) n. a. أبيب, أبّ, أباب, أبابة Paravit se ad aliquid c. ل r., paratus fuit ad iter; 4) Paratus destinatum impetum intentavit, in fugam coniecit impetu fortissimo; 5) intrans. Bene instituta fuit (vitae ratio). II Clamavit, vociferatus fuit. V Raucedine correptus fuit eaque laboravit, admiratione adfectus fuit c. ب r. VIII i. q. I, 3.

أبّ Pl. أبوب Propositum, Pabulum, Pratum, Quidquid terra producit.

أبّ Aqua, Fons et id. q. السّراب; هو في ابّه i. q. هو في جهازه.

أباب Fluxus ingens, Fluctus, Unda i. q. عباب Magna moles aquae maris.

أبيب Nomen mensis (Iulius).

أبابة Institutum agendi, Vitae ratio, Regulae. أبّت ابابته Recte instituta erat eius vitae ratio.

ابن Ad ابن a grammaticis refertur, quod vide.

أبوت Locus herbosus, Pratum.

أبت F. o. ut أبت F. a. n. a. أبت et أبوت Vehemens fuit aestu (dies). أبت F. a. Intumuit ex potu c. من r. V Exarsit (pruna).

أبت et أبت F. s Aestu vehemens (dies, nox)

آبت Aestu vehemens dies.

أبتة Vehementia (irae).

[illegible]

أبث F. i. Probrosis verbis traduxit, convitiatus fuit eum apud regem c. acc. p. et c. على p. b) أبث F. a. Potu lactis camelini inflatus et quasi inebriatus fuit (vid. أبت).

أبث Protervus.

أبثى Satiati et procumbentes cameli.

مؤتبثة Uter qui impletur lacte et tum relictus intumet.

أبج Aeternitas, saeculum.

أبجد Vox ex quatuor primis alphabeti litteris ordine antiquo dispositis facta, qua Alphabetum significatur.

أبخ (pro وبخ) n. a. تأبيخ Reprehendit c. acc.

أبد F. i. o. 1) Ferum et a consuetudine alienum evasit (animal), pavidum indomitum fugit; 2) F. i. n. a. أبود Substitit aliquo loco c. ب l.; 3) Perennavit; 4) Difficile et haud intelligibile fecit carmen (poeta). b) أبد F. a. 1) Desertus fuit; 2) Iratus fuit, efferatus fuit, societatem fugit; 3) Obscure et intricate locutus fuit. II Terruit, fugacem reddidit, a societate alienavit, n. a. تأبيد Perennem fecit. لم افعل تأبيدا i. e. لم آت بآبدة Hamas. p. 191 infr. V Efferatus fuit, indomitus fugit, a societate alienatus fuit, diu a patria absens fuit, Desertus fuit (locus) ab incolis, solitarius fuit et idem quod قل اربه في النساء parum rem habuit cum mulieribus, Maculis coloris inter rufum et nigrum medii affecta fuit (facies).

أبد i. q. وبد (asina, serva).

أبد Pl. أبود, آباد Femin. Res, quae initium quidem habet, sed fine caret (conf. أزل), Existentia perpetua tempore futuro, Sempiternus, aevum, tempus fine carens, proles unius anni. أبدا semper. على الابد in sempiternum. Vox ابد in accusativo pro adverbio unquam ponitur et cum negatione semper coniuncta est. Tum significat nunquam. Cum eodem verbo, vel cum alio eiusd. significationis coniungitur, quod vario fieri solet modo, ut أبد الابد, أبد الآبدين, أبد الدهر, أبد الآبد, أبد الابد, أبد الابيد, أبد الابدية, أبد الآبدين. Dual.

الأبدان Serve et equa

ابد *i. q.* وَلُود *(asina, serva).*

ابِد *F.* ة *(propr. quae frequenter parit* وَلُود*)* (asina, serva), fugax, immansuetus. الاَبِدَانِ Serva et equa.

اَبِيد Sempiternus, Planta quaedam.

أَبِيدَ الأَبِيد in sempiternum.

أَبَدِىّ Sempiternus.

آبِدَة Animal fugax, pavidum, immansuetum, fera, res mira, peregrina, occulta, Malum, infortunium, res cuius memoria semper manet quum insueta et magna sit. *Pl.* أُبَّد Ferae *Pl.* أَوَابِد Infortunia, Versus mirae pulchritudinis et divulgati per regiones, ferae, perennes aves, quae semper in eadem regione manent, *conf.* قواطع

مُوبِدَة Fugax, haud mansueta *(camela).*

أَبَرَ *F. i. o. n. a.* أَبْر, اِبَار, اِبَارَة 1) Pupugit (scorpio) *c. acc.*; 2) Absentem diffamavit; 3) Acum in esca dedit *(cani) c. acc.*, perdidit *(homines)*; 4) Palmam fecundavit maris insertione (لقح), Bene curavit palmam et sata *c. a. r.* b) أَبِرَ Bona, integra fuit res. II Palmam (fecundavit) et sata bene curavit *c. a. r.* V Fecundari se sivit. VIII Petiit ab aliquo, ut palmam vel sata bene curaret, Fodit (puteum) *c. a. r.*

ابار Plumbum *(Reisk. ad librum Rhazis de affectuum singularum corporis partium curatione).*

اِبَار *(Nomen)* Fecundum reddere.

ابره Ficus sycomorus *Forsk. Flora* p. CXXIV. *(rectius c.* ة *vide* ابرة *in fine.)*

خُذْرُوف Pl. خَذارِيف Velociter incedens, rapidus cursu; Orbiculus quem traiecto funiculo pueri manibus gyrant, ut sibilus audiatur; A grege separatus *camelus*; Splendens fulmen et a nube separatum; Omnis res ab altera separata. *Inde dicitur* تركت السيوف رأسه خذاريف Gladii eius caput in plures partes dissecarunt. Lutum manu subactum, ex quo aliquid simile saccharo formatur quo ludunt pueri. خذاريف الهودج Pilenti camelini tabulae, super quibus tectum eius expansum est, et quarum ope pilenti forma quadrata fit.

خَذْرَقَ Merdam excrevit.

خُذَراق Qui multam excernit merdam.

مُخَذْرِق Cacans.

خَذَرْنَق Aranea mas maior. (*In Kamusi exemplaribus legitur* الذكر والعنكبوت; *sed hoc pro vitio est habendum; legendum est* ذكر العنكبوت).

خَذارِيم *Dicitur* ثوب خذاريم رَعابِيل Vestis trita, lacera.

خَذَعَ *F. a. n. a.* خَذْع Secuit, incidit pluribus locis *carnem, omnemve rem non duram.*

خَذَع *nempe* ذهبوا خذع مذع Illi in varias regiones se disperserunt.

خَيْذَع Vitium.

خَذِيعَة Genus cibi, ex carne parati, in Syria usitati.

خَذِيع Incisus, *vel* Percussio non penetrans (*conf.* خَدِيع).

مُخَذَّع Res tosta; A iumento depasta *arbor*, *vel* cuius superior pars et extrema latera resecta sunt *arbor.*

مِخْذَعَة Culter.

خَذْعَبَ Secuit, dissecuit *c. a. r.*

خُذْعُوبَة Segmentum cucurbitae, *vel* cucumeris *vel* adipis.

خَذْعَل Femina stulta; Vestes, vestimenta e corio parata, quibus utuntur menstrua patientes et stolidae apud quasdam Arabum gentes.

خَذْعَلَة Incedendi quidam modus; Quod aliquis melonem vel aliam rem in partes minutas dissecat.

خُذْعُولَة Segmentum cucurbitae *vel* cucumeris.

خَذَفَ *n. a.* خَذْف Proiecit digitis *vel* instrumento (*lapillum, vel os dactyli, vel aliam rem*) *c.* ب.

خَذُوف Celeriter incedens *camela*; Pinguis ita ut umbilicus prope terram tangat (*asina*); *vel* Ob celeritatem glaream spargens *asina.*

خَذَفَانٌ Modus quidam camelorum incedendi.

مُخْذَفٌ Laqueoli vel ansa, qua cohaeret capsa كنانة cum pharetra (جعبة).

مِخْذَفَةٌ Lignum, cuius ope lapillus vel nucleus aliave huiusmodi res proiicitur; Funda; Podex.

خَذْفَرَةٌ Segmentum panni vestis.

خَذَنْفَرَةٌ Mulier, quae per nares loquitur.

خَذَقَ *F. i. o. n. a.* خَذْقٌ Stercus excrevit *avis* (*vel proprie in falcone adhibent vocem*); 2) Punxit ferramento, ut acceleraret incessum, *iumentum c. a. ium.*

خَذْقٌ Fimus, stercus.

خُذَّاقٌ Nomen piscis, cui filis similis coma propendula est: *stercus excernere solet in aqua, quando piscator ipsum sectatur.*

مِخْذَقَةٌ Podex.

خَذَلَ *n. a.* خَذْلٌ, خِذْلَانٌ 1) Frustratus fuit, ope et auxilio destituit *c. a. p. vel c.* عن *p.*; 2) A grege retromansit et separata fuit, *vel* retromansit et non assecuta est gregem (*dorcas*); 3) Constitit, mansit apud pullum *dorcas*; 4) Debilis flaccidusque fuit *Gol. ex Mar.* II *n. a.* تخذيل Alienavit (*socios ab aliquo*), effecitque ut amicum destituerent *c. a. p. et* عن *alt.*; *et* Contemsit, reliquit *Gol. ex Mar.* III Ope destituit *aliquem*, auxilium non praestitit *c. a. p.* IV Invenit *pullum ferae*, quem mater reliquerat *c. a.*; Constitit apud pullum (*dorcas*). VI Se invicem deseruerunt; Constitit apud pullum (*dorcas*); Debiles sunt *pedes alicuius*; Fugerunt e proelio *homines.* VII Ope destituti sunt, fugerunt.

خَاذِلٌ *Pl.* خُذَّالٌ, خَوَاذِلُ Qui amicum destituit ope, deseritve; Retro manens ac sola relicta (*dorcas*); Stans ad pullum *dorcas*; Fugiens.

خُذَلَةٌ Qui saepius destituit ope, deseruitve alterum.

خَذُولٌ Retro manens ac sola relicta dorcas; Quae, quum eam aggreditur partus dolor, e loco suo non prodit *equa.*

مُخْذِلٌ Stans ad pullum *dorcas.*

مَخْذُولٌ Destitutus ope, derelictus, contemtus. *Pl.* مَخَاذِيلُ Haeretici *Jac. Schult.*

خَذْلَبٌ Camela annosa, laxa.

خَذْلَبَةٌ Incessus in quo debilitas conspicitur.

خَذْلَمَ Properavit.

خَذَمَ *F. i. n. a.* خَذْمٌ 1) Secuit (*rem*) *c. a.*; 2) Unguibus percussit *accipiter.* b) خَذِمَ *F. a.* 1) Abscissus fuit; 2) Ebrius fuit; 3) Properavit; Liberalis fuit *Gol. ex Mar.* II Bene secuit *c. a.* IV Confessus vilitatem tranquillus fuit; Inebriavit *potus.* V Secuit *c. a. r.*; Abscissus fuit.

خَذِمٌ Secans (*gladius*); Velocius incedens (*equus*). *Plur.* خَذِمُونَ Liberalis, benignus; Tritum et mox ruptum *lorum.*

خَذَمَةٌ Signum Islamismi tempore usitatum quod cauterio inuritur camelis; Hora.

خُذُومٌ *Pl.* خُذُمٌ Secans (*gladius*); Lacera et attrita usu *vagina gladii*; Velox incessu (*struthiocamelus*).

خَذِيمٌ *F.* ة Fissus; Lacera et attrita usu *vagina gladii*; Ebrius. اذن خذيم Abscissae aures.

خَذْمَاءُ Fissis in latum auribus praedita *ovis*, capra montana.

خُذَامَةٌ Segmentum.

مِخْذَمٌ Acutus ensis; *et Nomen* Gladii Alharitsi ben-Abi-Schamir.

مُخَذَّمٌ Secans (*gladius*).

خَذَانِيَةٌ Durus, robustus (*camelus*).

خُذُنْتَانِ Labra naturae muliebris; *vel* Testiculi; *vel* Aures.

خَذَا *F. o. n. a.* خُذُوٌّ 1) Laxus demissusque et pendulus fuit; 2) Compacta, dura fuit *eius caro.*

خَذْوَاءُ Laxa et pendula (*auris*); *et* Auribus laxis praedita *asina.*

خُذَاةٌ Malum pravumque dictum. *Gol. ex Gl. Gi.*

خَذَاوِيَةٌ Leviter audiens (*auris*).

خَذِيَ Laxa, pendula fuit *vel* in inferiore parte fracta, ut in faciem inclinaret *auris sive ex accidente sive ex natura*

sit (*in hominibus*, *equis*, *asinis adhibetur*); 2) Demissus animo humilisque fuit *Gol. ex Mar.* X Humiliavit se *c.* ل *p.* (*et quoque cum Hamza scribitur*); Benigne tractavit *aliquem c. a. p.*

خَذِيّ Asini cognomen.

خَرَّ *F. i. o. n. a.* خَرِير 1) Sonum volatu edidit *aquila*; Cum murmure fluxit (*aqua*); 2) *n. a.* خَرّ, خُرُور *F. o. i.* Cecidit vel ex loco superiore in inferiorem decidit; Se prostravit *adorans Deum c.* ل *p.*; *et quoque* Mortuus fuit; 3) Fidit, dissecuit *rem c. a. r.*; 4) Ex loco occulto, incoguito impetum fecit; 5) *n. a.* خُرُور Hinnivit (*equus*) *Gol. ex Mar.*; 6) Ronchos duxit *dormiens*; 7) Commode molliterque vixit *Gol. ex Gl. Gi.* IV Fecit ut decideret, praecidit *gladio* (*manum*) *c. a r. et* ب *instr.* VII Laxus propendit *venter*; Laxus fuit *vir.*

خَرّ Fissura; Impetus factus e loco incognito; Mors.

خُرّ Orificium molae, in quod iniicitur manu frumentum; Granorum rotundorum species; Radix auris. *Pl.* خِرَرَة Terrae pars quam torrens sulcavit.

خَرُور Ea quae multam aquam in pudendis habet.

خُرُور Ronchus felis.

خَرِير Murmur fluentis aquae; Ronchus dormientis; Sonus venti spirantis; Sonus, quem volatu edit aquila. *Plur.* أَخِرَّة Locus planus inter duo loca altiora, *sc.* montes collesve.

خَرَّارَة *Fem.* ة Murmurans fluxu suo (*fons*): Principium murmurantis aquae. *Gol. ex Mar.*

خُرِّيّ Orificium molae.

خَرَّارَة Lignum fil. perforatum, quod, dum movetur filum et trahitur lignum, sonum edit *Kam.*: Orbiculus, quem traiecto funiculo pueri manibus gyrant *Dir. Huds. Plur.* خَرَارِير Avis maior quam صرد appellata: Catarrhacta. *Abulf. Ann. T. I. p.* 388

خَرْيَان Pusillanimis.

خَرِيَ *n. a.* خَرْءٌ, خِرَاءَة, خَرْءٌ, خُرُوءَة Deposuit alvum, cacavit. خَرِيَت بَيْنَهُمُ الضَّبُع Odium inter eos intercessit.

خَرْءٌ *Pl.* خُرْآن *et* خُرُوء Merda.

خُرَاء *nom.* Depositio alvi.

مَخْرَأَة Latrina.

مَخْرُأَة *Id.*

مَخْرُوءَة *Id.*

خَرَبَ 1) Foramen auris (خُرْبَة) percussit et perforavit vel laceravit *c. a. p.*; 2) Factus est latro خَارِب; 3) Vastavit *domum alicuius c. a. dom.*; 4) *n. a.* خَرْب, خُرُوب, خِرَابَة, خَرَابَة Furatus est *camelos c.* ب *r.* b) خَرِبَ *F. a.* 1) Desertus, incultus, et vastatus extitit (*locus*); 2) *n. a.* خَرَب Habuit aurem fissam. II Longe lateque vel admodum vastavit *c. a.*; Effecit, ut caderet; Demsit. IV Vastavit, desolavit *c. a.* V Erosit (*erosio*) *arborem c. a. r.* X Fractus fuit infortunio; Desiderio *alicuius* affectus fuit *c.* إلى *p.*

خَرْب Foramen podicis; Corruptio in religione. Ea pedis مفاعيلن in metro هزج mutatio quae generali nomine خرم appellatur. Littera م abiecta fit فاعيلن *vel* مفعولن ———.

خُرْب Foramen podicis; Corruptio in religione; Locus ubi cumulus arenaceus desinit; Foramen ossis coxae *Djeuh.*

خَرَب *Pl.* خِرَاب, خِرْبَان, أَخْرَاب Pili horridi in hypochondrio, *vel* Pili in medio cubiti unus cum altero mixti. *Pl.* خِرْبَان Mas avis, quae tarda (حبارى) dicitur.

خَرِب *Fem.* ة Desertus vastusque *locus.* خَرْب Extremitas montis prominens; Pes montis; Senex edentulus. جوف خرب Venter vacuus. *Reisk.*

خَارِب *Pl.* خُرَّاب *et c.* ة Latro, fur, *pecul.* camelorum abactor.

خَرَاب *Pl.* خِرَب, أَخْرِبَة Vastitas et vastatio loci.

خِرَاب Destructio *Jac. Gol.*

خُرَّاب *i. q.* جَمَاعَة Turba, coetus. *Gol. et Meid.*

خُرْبَة *Pl.* خُرَبَات Foramen pertusae auris; Cribrum; Vitium; Vilitas; Pudendum; Pera in qua pastor commeatum habet. خَرِبَات Loci vasti, ruinae.

خِرْبَة *Pl.* خِرَب Locus vastationis; Latronis habitus.

خَرْبَةٌ Foramen coxendicis; *Pl.* خُرَبٌ *et rar.* خُرُوبٌ, أَخْرَابٌ Ansa perae in qua commeatus ponitur; Omne foramen rotundum; Amplitudo foraminis auris; Foramen acus; Foramen podicis; Pera in qua pastor commeatum suum habet; Corruptio in religione.

خَرِبَةٌ *Pl.* خَرِبَاتٌ, خَرِبٌ, خَرَائِبُ Locus vastationis.

خَرْبَاءُ Auris lacerum lobum habens; Capra, cuius aures fissae sunt ita tamen ut fissurae neque longitudo nec latitudo sit.

خَرُّوبٌ Arbor campestris spinosa, fructus ferens similes malo citrio (تفاح) sed insipidos *Kam.*; Ceratonia Siliqua; *tum* Species Syriaca fructus fert similes eis qui خيار شَنْبَر appellantur nisi quod largi sunt: iisdem est succus dulcis et farina *Kam. Conf. Channing. adn. ad Rhaz. p.* 103. *Höst p.* 307.

خُرْنُوبٌ *et* خَرْنُوبٌ (*sed minus bene*) *idem quod* خَرُّوبٌ.

خُرَابَةٌ Funis e fibris palmae paratus; Tabula lapidea, foramine instructa, per quod funis ductus et ligatus est; Foramen acus aliusve rei.

خَرِبَانٌ Pusillanimis.

خُرَّابَةٌ Foramen podicis.

خُرَابَةٌ *Id.*

خُرَابِتَانِ *et* خُرْنَابِتَانِ *i. q.* خُنَابِتَانِ.

أَخْرَبُ Magis vastatus; Is in quo est fissura vel foramen rotundum; Qui fissam vel perforatam habet aurem; Pes مفاعيلن in metro هزج mutatus in مفعولن vel فاعيلن — — — abiecta littera م. *conf.* خرب; Amplitudo foraminis auris.

مَخَارِبُ Foramina ut crabronum domus; *et* Foramina in quae apes mel colligunt.

مُخَرَّبَةٌ Vacuum *alveare*.

خُرْبُلٌ Lac crassum, acidum

خِرْبِزٌ (*Pers.* خربزه) Melo.

خَرْبَسِيسٌ Dura *terra*. ما يملك خربسيسا Nullam prorsus rem possidet.

خَرْبَشَ Corrupit *librum c. a. r.*

خِرْبَاشٌ Magnus fungus.

خُرْنُبَاشٌ Plantae nomen, quae مَرْمَاحُوز appellatur, et optima plantae مرو species est.

خَرْبَصَ 1) In pascuo consumsit *omnes plantas pecus c. a. r.*; 2) Omnino abstulit, cepit *opes c. a. r.*; 3) Distinxit *res* unam ab altera separans *c. a. r.*

خَرْبَصَةٌ Iuvenca et tenera *mulier.*

خُرَبِصِيصٌ Admodum parva res, quae in arena reperitur, cui fulgor, qualis est oculo locustae, *vel* Planta grana proferens, quae cibo servit; Inauris, *et* Bacca mundi muliebris; Camelus parvus, emaciatus.

خَرْبَصِيصَةٌ Concha Veneris (خرز); Res minuta. *Dicitur* ما عليها خربصيصة Nulla re ornata est; *et* ما في الوعاء خربصيصة Nulla in loculo res est.

مُخَرْبِصٌ Multum versatus in rebus ut minimae rei rationem habeat, *vel* Is qui ad res comparandas intentus semper se abiicere, ut potiatur desiderio, non dubitat.

خَرْبَقَ 1) Fidit *rem*, dissecuit, laceravit *vestem c. a. r.* (*interdum pro hoc dicunt* خبرق), diffidit *terram* (*pluvia c. a. r.*); 2) Corrupit (*opus*) *c. a.* III *n. a.* اِخْرَنْبَاقٌ Clanculum domum ingressus fuit; Latrocinatus fuit. *Prov. loc.* مُخْرَنْبِقٌ لِيَنْبَاعَ Silens ob calamitatem, quam intendit.

خَرْبَقٌ Helleborus. *In Kazwinii opere ita describitur*: Planta cuius folia similia sunt foliis arboris populi (دلب), parvis caulis praedita, quae formam racemorum in vite habet. (*In uno quidem codice legitur* خرنق, *in altero* خربق; *sed non dubito, quin utrumque falsum sit.*)

خُرْبَاقٌ Femina longa, magna, *vel* celeris incessu; Celeritas incessus; Crepitus ventris.

خَرْبَقَةٌ Celeritas incessus; Vox qua caprae increpantur.

مُخَرْبِقَةٌ Mulier animi deliquio in coitu obnoxia.

خِرْبِيلٌ *Pl.* خَرَابِيلُ Mulier stulta, *vel* Anus decrepita.

خَرْبَنْدِيَّةٌ *Pers.* خربنده Muliones. *Vit. Salad. p.* 106.

خَرَتَ Perforavit. b) خَرُتَ Viae monstrandae gnarus fuit.

خُرْتٌ Foramen in aure aliave re; Costa parva apud pectus.

خُرْتٌ Pl. خُرُوتٌ et أَخْرَاتٌ Foramen acus, securis, auris; Annuli in superiore antilenae (نسع) parte. ذِئْبٌ خُرْتٌ Lupus celer. Loca angusta et viae occultae deserti. خُرْتَانِ Nomen duarum stellarum. *Conf. Ideler Unters. über d. Sternnamen. p.* 166. *Sed hunc scribendi modum rectum esse dubito; Elfarganius enim et* الخراتان *(p.* 78*) scripsit.*

خُرْتَةٌ Pl. خُرَتٌ Annulus in superiore antilenae (نسع) parte.

خِرِّيتٌ Pl. خَرَارِيتُ Dux viae solers et peritus.

الخُرَاتَانِ Stellae duae, quae sunt astri leonis crines in dorsi parte inter scapulas. *conf. Ideler. p.* 166.

أَخْرَاتٌ Annuli in superiore antilenarum parte.

تَخَارِيتُ Fissurae, foramina.

تَخْرِيتٌ Via recta.

مَخْرُوتٌ Fissa labia aut nasum fissum habens.

خَرْتَةٌ Laxis carnibus et crassis hypochondriis mulier.

خُرْتَةٌ Formica cuius color rubedine mixtus est.

خُرْثِيٌّ Utensilia domus *vel ex aliorum opinione* res sequiores ex utensilibus domus et praedae.

خَرَجَ *F. o.* 1) *n. a.* خُرُوجٌ *et* مَخْرَجٌ Exivit, prodiit. خَرَجَ من المرض Convaluit. خرج من تحت سيف فلان Exiit sub gladio alicuius: *haec res ignominiae causa imperabatur victis; suspendebant gladium in porta expugnati oppidi;* 2) Rebellavit *contra aliquem c.* على *p.*, defecit descivitque ab obedientia *c.* من; 3) Exceptum quid fuit *a regula*; 4) *n. a.* خُرُوجٌ Instructus fuit *in aliqua arte c.* في *r.* II Instituit exercuitque *in bonis moribus ac litteris c. a. p. et* في *r.*; *n. a.* تَخْرِيجٌ Versimodum instituit *c. a. r.*; Parte quadam conscripsit, parte vacuam reliquit *tabulam c. a.*; Partem *campi* depastus fuit, partem reliquit (*grex*) *c. a. r.*; Partim foecundus partim sterilis fuit (*annus*). III Sortitus fuit digitis, ita ut unus educeret e digitis quod vellet alterque eodem modo *cum alio.* IV *n. a.* إِخْرَاجٌ Eduxit, egessit, eiecit, exeruit, eruit *c. a.*; *et* Solvit tributum; Tributum exegit (*vid.* خراج *seq.*); Venatus fuit albo nigroque variegatos struthiones (*conf.* أخرج); Feminam bicolorem in matrimonium duxit; Transegit annum modo fertilem modo sterilem; Partem prati depavit, partem reliquit *pecus.* V Didicit mores et litteras humaniores; Edoctus fuit *artem.* VI Sortiti inter sese aut partiti fuerunt communia bona ita ut pars domum, pars terram acciperet. VIII Eduxit; Derivavit, produxit *c. a. r.* IX Albo nigroque colore variegatus fuit *struthio.* X Derivavit, produxit, eduxit *c. a.*; Tributa exegit (*conf.* خراج). XI Albo nigroque colore variegatus fuit.

خَرْجٌ Pl. أَخْرَاجٌ، أَخْرِجَةٌ Pl. Pl. أَخَارِيجُ Proventus, reditus, *pecul.* regni; *et* Tributum, quod exit de opibus expenditurque (*contr. est* دَخْلٌ). *Pl.* خُرُوجٌ Nubes primum oriens et apparens; Fluvius non contentus suo alveo.

خُرْجٌ 1) Proventus, reditus; Tributum; 2) *Plur.* خِرَجَةٌ Hippopera.

خَرَجٌ Duo colores ex albo et nigro constantes et mixti.

خَارِجٌ Qui extra est, externus. *Hinc* من الخارج Extrinsecus. من خارج Extra. الى الخارج Foras. خارج *vel* خارجة *c.* من *seq.* Praeter.

خَرَاجٌ Proventus, reditus; Tributum. الخراج الموظف *ita explicatur in libro* تعريفات *inscripto* هو الوظيفة المعينة التى توضع على ارض كما وضع عمر رضى الله عنه على سواد عراق وتسمه ونحوهما لخراج المقسمة كربع الخرج *et* الخراج المقسمة كربع الخرج.

خِرَاجٌ Reditus regni, *pecul.* Tributum.

خُرَاجٌ Proventus, reditus; Ulcera.

خَرْجَةٌ Expeditio bellica. *Jac. Schult.*

خُرَجَةٌ Qui multum prodit foras. *Dicitur* رجل خرجة ولجة.

خُرُوجٌ Longo collo praeditus *equus*, qui, quum magna cum vi collum protendat, habenas tritas et flaccidas reddat. *Pl.* خُرُجٌ Camela, quae in genua procumbit in loco a camelis remoto.

خُرُوجٌ Dies resurrectionis; In homoioteleuto littera, quae sequitur litteram صلة *vel* وصل appellatam. Est igitur secunda post litteram روى appellatam.

خَرِيجٌ Nomen ludi in quo خَرَاجِ خَرَاجِ dicitur.

خَرْجَآءُ Struthiocamela (*Diw. Huds.*).

خُرَّاجٌ *et sequente* وُلَّاجٌ Ingeniosus, versutus, *propr.* qui multum exit, *vid.* خرجة.

خراجات Excrementa. *Jac. Gol.*; Rubores, crusta in corpore humano (*Ausschläge*). *Tochfat Ichw. al Zafa p.* 288.

خريج Moribus litterisque humanioribus ab alio imbutus.

خارجة Homines seditiosi. *Pl.* خوارج المال Equa, serva, asina.

خارجى *F.* ة *Pl.* خوارج Homo novus, qui sibi, non maioribus nobilitatem debet, (*haec significatio ante Islamismum usitata erat*); Insignibus dotibus praeditus equus quum haud nobilibus parentibus usus esset; *tum* Rebellis, qui citra ius successionis dominium sibi vendicat; *et* Haereticus (*haec significatio post Islam. in usu erat*). *Explicat rem locus in schol. Hamas. p.* 188: قال ابو العلاء كانوا فى القديم قبل الاسلام يسمون من خرج شجاعا او كريما وهو ابن جبان او بخيل ونحو ذلك خارجيا وكذلك يقولون للفرس للجواد اذا برز وابواه ليسا كذلك خارجيا ثم صاروا فى الاسلام يجعلون خرجت خوارجه. الخارجى من خالف السلطان والجماعة Apparuit eius generositas, et profectus est ad stabiliendas res; *tum* الخارجى Is *appellatur*, qui e gente Arabum خارجية appellata originem duxit.

اخرج *Fem.* خرجاء Albo nigroque variegatus *aries*, *struthiocamelus*; Pedibus lateribusque albis praedita (*ovis*); Nigris arenis nudus (*mons*) *Gol. ex Jac.*; Species avis parvae in hortis sibilantis مكاء appellatae.

تخريج Proventus et sterilitas (*in anno*). *Dicitur* عام فيه تخريج.

تخارج Quod haeredes inter se conveniunt de parte quadam haereditatis, quam uni ex ipsorum medio concedunt. *Conf. librum* الشريفية فى شرح السراجية *p.* 103, *et codicem* التعريفات *inscriptum.*

مخرج Locus egressus, effugiendi locus vel via; *spec.* latrina; Nativitas. *Jac. Schult.*

مخرج Locus, quo educitur; *et* tempus educendi; *tum Pl.* مخارج Numerus, qui efficitur aut colligendis pluribus in unum, aut dividendo uno in plures; *et in iure haereditatis* Portio, quae cuilibet haeredum tribuenda est.

مخرج *Fem.* ة Partim herbosus partim nudus (*campus*).

ناقة مخترجة Camela forma exteriore camelum referens.

خرخر Ronchos duxit *pardus*, *felis dormiens*, *aut qui strangularetur*; Terram fidit *aqua* (*Gol. ex Mar.*). II Vacillavit commotusve fuit ob magnitudinem (*venter*); Ronchos duxit per nares.

خرخر Sonus fluentis aquae, venti spirantis vel aquilae volantis.

خرخر Abundans lacte (*camela*); Mollis delicatusque in vestitu, alimentis et lecto *vir.*

خرخار Aqua fluens copiosa.

خرخرة Ronchus dormientis; Sonus quem edit pardus; Ronchus felis.

خرخور Abundans lacte (*camela*); Mollis delicatusque in vestitu, alimentis et lecto *vir.*

خرخرى et *c.* ة Debilis, infirma (*tibia*).

خرخوب Camela debilis, quae lacte primum abundat, sed mox omnino caret.

خرد Intacta fuit *virgo*, *vel* Verecunda fuit et prae pudore conticuit aut submisso sono protulit verba *femina.* IV Pudore affectus fuit, verecundus fuit; *et contra quasi* Inclinavit et propensus fuit *ad ludicra c.* الى; Conticuit ob vilitatem, non ob pudorem. V *i. q. Coni. I.*

خرد Silentium longum; Pudor (*Diw. Huds.*).

خارد Silens prae verecundia.

خرود Virgo intacta.

خريد Lenis, submissa ob pudorem *vox.*

خريد *et* خريدة *Pl.* خرد, خراد, خرد, خرد *et* خرايد Virgo intacta *vel* femina pudibunda, modesta, conticescens aut submisse loquens, velo tecta.

خريدة Margarita non perforata.

اخراد Diuturnum silentium.

مخرد Silens prae animi abiectione. *Gol. ex Gl. Gi.*

خرداذى Vinum.

خردق *vox exot.* Insculum. *Kam.*

خَرْدِيق *vox exot.* Cibus quidam.

خَرْدَلَ 1) Carnis partes omnino dissecuit *vel* secuit et disiunxit (*carnem*) *c. a.*; 2) Optimas cibi partes edit *c. a. cibi*; 3) Saepius fuit *palma* excussa et magni in ea dactyli immaturi remansere.

خَرْدَلٌ *Coll.*, *nom. unit. c.* ة Semen sinapi. الخَرْدَلُ الفارسيّ Planta in Aegypto frequens nota nomine حشيشة السلطان.

خَرَادِلُ Frusta magna *Diw. Huds.*

لَحْمٌ خَرَادِيلُ Caro concisa in partes.

مُخَرْدَلٌ Prostratus; Minutatim concisa *caro*.

مُخَرْدِلٌ Saepius excussa magnos tamen dactylos immaturos habens *palma*.

خَرْذَلَ *idem quod* خَرْدَلَ.

خَرَزَ *F. o. et i. n. a.* خَرْزٌ Subula perforatam consuit *ocream*, *calceum*, *utrem c. a.* b) خَرِزَ Confirmavit rem suam.

خَرَزٌ *Coll.* Conchae, *quae vulgo* Veneris *dicitur*, minoris, similisve rei genus: *quibus inter se consutis habenae et cingula ornari solent*; Res, quae appenditur in collo, confecta e lapide rubro et viridi; Sphaerula vitrea vel huic similis res, quae corpori appenditur, ad avertendam maligni oculi noxam. خرز الظهر Vertebrae dorsi.

خُرْزَةٌ *Pl.* خُرَزٌ Sutura; Foramen punctumve consuti calcei utrisve.

خَرَزَةٌ *Pl.* خَرَزَاتٌ Gemma omnisque res in seriem coniuncta; Planta e specie نُجَيْلٌ quae tota granis rotundis in seriem dispositis referta est. خرزات المَلِك Margaritae seu gemmae regiae in corona, *cui quovis anni regno una apponi solet.* خرزة البقر Lapis, qui nascitur in folliculo fellis bovini.

خَرَّازٌ Sutor.

خِرَازَةٌ Ars subula calceos perforatos consuendi.

خَرَزِيّ Qui conchulas similesve res vendit.

مِخْرَزٌ Subula, qua calcei corium perforatur et consuitur.

مُخَرَّزٌ Avis quaelibet in cuius alis sunt stigmata candicantia margaritis similia.

خَرْزَافٌ Non pulchro modo sedens in consessu, *vel* Verbosus; Levis.

خَرْزَفَةٌ Tremere *in incessu*.

خَرَسَ *n. a.* خَرْسٌ 1) Seriam figulino opere confecit. *Gol. ex Mar.* b) خَرِسَ 1) Bibit ex cupa خرس; 2) Mutus fuit. II *n. a.* تَخْرِيس Cibum paravit praebuitque ob partum *mulieris c.* على *p.*; *et dicitur* خُرِّسَتْ هِيَ Illa talem cibum accepit; Mutum reddidit *aliquem Deus c. a. p.* V Sibi ipsi ob partum paravit cibum *mulier*. *Prov.* تَخَرَّسِي يا نَفْسُ لا مُخَرِّسَةَ لكِ *Haec dixit femina pariens*, *cuius nemo curam habuit*, *et dicitur*, quando aliquis sui ipsius curam habet.

خَرْسٌ *et quoque* خِرْسٌ *Pl.* خُرُوسٌ Seria vini.

خُرْسٌ Cibus paratus ob mulieris partum.

خَرَسٌ Status muti.

خَرِسٌ Noctu non dormiens (*vir*).

خُرْسَةٌ Cibus puerperae conducens, *sc.* ex dactylis et foeno graeco paratus (*Diw. Huds.*).

خَرُوسٌ Virgo quum primum concepit, *vel* Ea cui paratur puerperio conveniens cibus; Mulier cui parum e mammis radiatim effluit lactis.

خُرْسِيّ Non vociferans *camela*.

خَرَّاسٌ Seriarum venditor.

خُرَسِيّ Ad Chorasanam pertinens *vel* inde oriundus.

خُرَاسَانُ Chorasena provincia.

خُرَاسِيّ Ad Chorasanam pertinens *vel* inde oriundus.

خُرَسِيّ *Id.*

خُرَاسَانِيّ *Id.*

أَخْرَسُ *Fem.* خَرْسَاءُ *Pl.* خُرْسٌ *et* خُرْسَانٌ Mutus (*videtur esse diversum ab* أَبْكَمُ); Nulla resonans echo *signum viae*; Strepitu multave voce carens (*exercitus*); Crassum lac, *ut commoti in vase sonus non audiatur.* الخَرْسَاءُ Infortunium; Tonitru et fulgure carens nubes.

خُرْسْتان (*vox ut videtur exotica*) Conclave velo tectum. *conf. Tausend u. eine Nacht. T. I. p.* 153, 333 *seq.* (*non potest iis locis significare locum in muro, quem nos* W a n d s c h r a n k *appellamus*).

خَرَشَ *F. i. n. a.* خَرْش 1) Scabit *c. a.*; 2) Attraxit *camelum* ligno adunco, quod مِخْراش dicitur *c. a.*; 3) Victum opere quaesivit *domesticis suis c.* ل *p.* II *n. a.* تَخْرِيش Primos apices aristarum extulit *seges.* III Scabit *alium c. a. Gol. ex Mar.* VI Concitati inter se fuerunt (*canes*), *ut* تهارش. VIII Scabit *c. a.*; Victum opere quaesivit *domesticis suis c.* ل *p.*

خَرِش Haud dormiens (*vir*).

خَرْش *Pl.* خُرُوش Vilior pars supellectilis domus.

خَرِش Haud dormiens (*vir*).

خِرَاش Irritatio; *unde* كَلْبٌ خِرَاشٍ Canis irritabilis et mordax; *Pl. paucorum ad tres* أَخْرِشَة Signum oblongius quo notantur cameli.

خَرَشَة *nom. unit.* Species quaedam muscae; Avis maior quam columba *Domair.* (*De enunciandi modo dubito.*)

خَرُوش Signo خراش notatus *camelus.*

خِرْشاء *Pl.* خَرَاشِي Pituita; Spuma; Pellicula in lacte natans; Pellis serpentis; Cortex superior fracti ovi *Kam.*; Quod inflatum ruptumque est; Pulvis in aëre elatus vel huic similis res, *ut in his* طَلَعت الشمس في خرشاء. أَلْقَى من صَدْرِه خَرَاشِيَّ Pituitam e pectore eiecit.

خُرَاشَة Quod de re ferro scalpta decidit; *et* Ius debitumve exile. *Dicitur* لي عنده خراشة.

أَخْرَش Nomen avis. *Forsk. descr. anim. p.* 12.

مِخْرَش Lignum capite adunco, quo cameli attrahuntur; Lignum cuius ope lineas ducit sutor.

مُخارِش Multum irritatus *canis.*

مِخْراش *i. q.* مِخْرَش.

مُخْتَرِش Multum irritatus *canis.*

مَخْرُوش Nota خراش signatus (*camelus*); Multum irritatus *canis.*

كلب تَخْوِرِش Multum unguibus scabens canis.

خَرْشَبَ Negligenter et non firmiter *opus* fecit *c. a. r.*

خُرْشُب Crassus, durus; Longus, pinguis.

خرشعة *Pl.* خَرْشَع, خَرَاشِع Monticulus a caeteris montibus separatus.

خُرْشاف Terra dura et aspera ita ut in ea nemo incedere possit.

خَرْشَفَة *Id.*; *tum* Motus; Confusio sermonis.

خرشقلا *i. q.* السمك البلطي *Domair.*

خُرْشُوم Promontorium imminens valli *vel* planitiei; Mons magnus; Terra aspera ac dura.

خَرْشَمَة Terra dura, aspera.

مُخْرَنْشِم Superbus, magnum se ducens; Qui depravato est colore et extenuata carne; Contractus, ita ut pars una corporis alteri proxima sit.

خَرَصَ *n. a.* خَرْص Coniectura definivit *c. a. r. palmam agrumve*, quantus esset dactylorum vel frugum proventus *c. a.*; 2) Mentitus fuit; *et tum gener.* Opinionem protulit *c.* في; 3) Obice instruxit, firmavit *fluvium c. a. r.*; 4) *n. a.* خِرَاصَة Curavit, reparavit *c. a. r.* b) خَرِصَ Esurivit in frigore. III *n. a.* مُخَارَصَة Commutavit, quod pro alio esset dedit *c. a. r.* V Mendacium finxit *contra aliquem c.* على *p.* VIII Finxit, mendacium excogitavit; Posuit in marsupio, quod voluit.

خَرْص Ramus palmae foliis nudatus; Lignum parvum acuto capite praeditum, quod infigitur nodo in orificio utris; *et inde* Res parva. *Dicitur* ما يملك خرصا Nil possidet; *tum* Cuspis quae inditur ei parti hastae, quae جبة appellatur, *vel* annulus inferiorem eius partem circumdans; Hasta.

خِرْص Coniectura. *Dicitur* كم خرص ارضك Quantus agri tui proventus coniectura definitur? Omne dictum, quod opinione nititur; Obex fluvii; Cuspis hastae; Camelus robustus et firmo corpore praeditus; Hasta tenuis; Canistrum; Annulus aureus et argenteus *vel* annulus inauris, *vel* Annulus parvus, quo ornamenti causa mulieres utuntur; Cuspis, quae est super hastae parte جبة appellata *vel* annulus inferiorem eius partem circumdans; Hasta; *tum Pers.* Ursus.

خُرْص Lignum, quo mel ex alveare educitur; Ramus; Marsupium; Cuspis quae est super parte hastae جبة ap-

pellata, *vel* Annulus inferiorem hastae partem circumdans; Hasta. *Pl.* خِرْصَان Annulus aureus et argenteus, *vel* Annulus inauris *vel* annulus parvus ad mundum muliebrem pertinens.

خَرِصٌ Esuriens in frigore.

خُرْصٌ *Pl.* أَخْرَاصٌ Lignum, quo mel ex alvearibus educitur.

خُرُصٌ *Id.*

خُرْصَةٌ Venia; Potus aquae; Cibus qui puerperae paratur.

خَرِيصٌ *i. q.* سِنَانٌ Cuspis hastae, *et* Aqua frigida; Locus ubi restagnat aqua in radicibus *palmarum aliarumque arborum.* (Fovea enim ad irrigandas eas in radicibus palmarum aqua impletur.) Impletus *de vase*; Locus piscinae amplae (حوض) similis in quam fluvii aqua immittitur; Latus fluvii; Maris insula; Sinus maris *sec. al. melius* حريص.

خَرَّاصٌ Mendax.

خَرْصِيَانٌ *i. q.* حَرْصِيَانٌ.

مِخْرَصٌ Hasta.

مَخَارِصُ Hastarum cuspides.

خَرِيضَةٌ Puella iuvenca pulchra, alba tenera (*ex Laitsi sententia rectius fortasse est* خريصة *Kam.*).

خَرَطَ *F. o. et i. n. u.* خَرْطٌ 1) Decorticavit, aequalem reddidit *lignum c. a.*; Stringente manu (*ramum*) nudavit foliis *c. a. r.* *Prov. locut.* دونه خرط القتاد Res maxima cum difficultate perficitur. In os immittens *racemum* uvas destrinxit *c. a. r.*; 2) Dimisit *in praedam* (*falconem*) *c. a.*, Dimisit (*in pratum camelos*, *in puteum situlam*); 3) Permisit, ut homines noxa afficeret *servus c. a. p. et* على *p.*; 4) Solvit alvum medicina *alicui c. a. p.*; Effecit (*recens pabulum*) ut tenue stercus saepius excerneret *camelus c. a. cam.*; 5) Pepedit *c.* ب *podicis*; 6) Subegit (*puellam*) *c. a.*; 7) Refractarium fuit (*iumentum*), ita ut habena e manu ducentis extracta abiret; 8) Laboravit morbo خَرَط *camela vel ovis*; 9) Consolidavit *vitrum c. a. Gol. et Mar.* II Solvit alvum *alicui medicina c. a. p.* IV Laboravit morbo خَرَط *camela vel ovis*; Clausit laqueolis invicem insertis *loculum* خريطة *appellatum c. a.* V Cepit oleum ex ampulla olearia sua in caudae radice (*ovis*). VII Ignorantia ductus suam in re peragenda voluntatem perfecit, eamque sine notitia aggressus est; Adortus est turpi dicto vel facto *c.* على *p. et* ب *r.*; *et* Celer fuit *in cursu c.* في; Ivit celeriter *c.* الى *l.*; Intravit celeriter *c.* في; Exivit celeriter *c.* من; Adiunctus fuit *seriei*; Gracile fuit (*corpus*). VIII In os immittens *racemum* destrinxit uvas *c. a.*; Evaginavit (*ensem*) *c. a.* X Vehemens et pertinax fuit *in fletu c.* في. XIII اِخْرَوَّطَ Diu duravit protensumque (*alicui*) fuit (*iter*) *c.* ب *p.*; Implicitus haesit (*laqueus vel rete in pede praedae*) *c.* في *pedis*; *et* Celeriter ivit abiitque; Longa fuit (*barba*).

خَرْطٌ Lac coagulatum in ubere et interruptis partibus emanans, vel cum flava aqua; Perdix mas.

خَرَطٌ Morbus quo lac in ubere coagulatur et frustatim effluit *vel* cum aqua flava ex ubere *ovis vel camelae* (*quod accidere dicitur*, *quando in loco humido procubuerunt*, *vel oculo maligno affectae sunt*); Extenuatio virium corporis.

خَارِطٌ Saepius tenue stercus excernens *camelus*; Morbo خَرَط laborans *camela*, *ovis*.

خِرَاطٌ Liquor pinguis, qui defluit e radice papyri.

خِرَاطٌ *Nomen* Quod iumentum habenas e manu ducentis extrahit et abit inobsequens.

خُرُوطٌ *i. q.* خِرَاطٌ.

خَرُوطٌ *Pl.* خُرْطٌ Refractarium iumentum, quod habenis e manu ducentis extractis abit; Mulier improba; Is qui in re ignorantia ductus suam voluntatem sequitur.

خَرَّاطٌ Is qui lignum cortice denudat idemque dolando aequale reddit.

خُرَّاطٌ *i. q.* خِرَاطٌ.

خِرَاطَةٌ Negotium *vel* ars eius, qui lignum cortice denudat idemque dolando aequale reddit.

خَوَارِطُ Asini celeres; *vel* Ii in quorum ventribus pabulum stabile non est, non manet.

خُرْطِيطٌ Pyrallis, cuius alae variis coloribus ornatae sunt.

خُرَاطَى Liquor pinguis, qui defluit e radice papyri.

خَرِيطَةٌ *Pl.* خَرَائِطُ Loculus ex corio aliave re: clauditur laqueolis sibi invicem insertis.

خَرْبِطَى Vehemens et pertinax fletus; Liquor pinguis, qui defluit e radice papyri.

اخْرِيطٌ Nomen plantae ex earum genere, quae حَمْض appellantur.

خَرِطٌ Pl. خَارِيطُ Morbo خَرَط laborans (*camela*, *ovis*).

مِخْرَاطٌ Quae morbo خَرَط saepissime laborat. Pl. مَخَارِيطُ Serpens qui cutem mutavit *vel* qui quotannis cutem mutare solet.

مُخْرُوطٌ Parvam barbam habens (*vir*); Longa *facies*.

مَخْرُوطَةٌ In genis raros et in mento raros longosque pilos habens *barba*. Pl. مخروطات Conus (*in mathem.*). كتاب المخروطات De conis liber Apollonii.

خَرْطَالٌ Granorum quaedam species nota *vel i. q.* هرطمان.

خَرْطَمَ Percussit in naso *c. a. p. vel* eum inflexit. III Nasum extulit; Superbivit; Iratus fuit.

خُرْطُمٌ Pl. خَرَاطِمُ Nasus *aut* anterior eius pars. الخرطمان *appellantur* Djoscham ben-Chesredj et Aus ben-Chesredj.

خُرْطُومٌ Pl. خَرَاطِيمُ Proboscis elephanti; *tum generat.* Nasus, *aut* Anterior eius pars, *aut* Pars oris super quam contrahis palatum inferius et superius. *Kam.*; Vinum cito inebrians; Succus ex uva effluens antequam calcata est. خَرَاطِيمُ القَوْمِ Principes populi.

خُرَاطِمٌ Mulier provectioris aetatis.

خُرْطُمَانٌ Longus.

خَرَاطِينُ (*Pluralis*) Vermes, qui in terra humida repe-riuntur, lumbrici terrae, *sec. alios* Tubera terrae. *Domair.*

خَرَعَ *n. a.* خَرْعٌ Fidit *c. a.* b) خَرِعَ 1) Debilis fuit; 2) Fractus fuit; 3) Destituta fuit infima ramorum parte, ut aequalis esset (*palma*). c) خَرُعَ *n. a.* خَرَعٌ, خُرُوعٌ, خَرَاعَةٌ Flacca membra habuit. VII Fissa fuit et fracta *hasta*; Fractus fuit; Debilis fuit; Luxata, distorta fuit *scapula* (انخلع) *Djeuh.* VIII Fidit, aliunde derivavit; De novo ac recens fecit, produxit, invenit *de Deo c. a.*; Sine causa externa novas res produxit *c. a.* *Cum hoc non consentit explicatio vocis in libro Tarifat data* الاختراع اخراج الشى عن العدم الى الوجود بمادة عند الحكماء *i. e.* Materia data rem produxit; Defraudavit et ex *alicuius* opibus cepit *aliquid c. a. p.*; Perdidit *opes c. a. r.*; Per aliquot dies pro alio sine mercede ad opus adegit, tum reddidit *iumentum c. a.*

خَرَعٌ Signum in aure ovis: inciditur autem auris in altum tribus locis ut media auris pars dependeat super interiorem auris partem (مُحَارَة); Mollities, flaccum esse (*de membris*); Horror, stupor.

خَرِعٌ Debilis.

خُرَاعٌ Languor; Furor camelae; Dorsi fractura, quae, quominus surgat, camelum impedit.

خَرُوعٌ Mulier improba, adultera, *aut* quae, quum molle sit, inclinato corpore incedit.

خِرْوَعٌ Plantae nomen, quae pastui non inservit *Kam.*; Plantae nomen, quae in Perside بيد انجير appellatur *Kazw.*; Plantae nomen, *et tum* omnis planta infirma, quae inflectitur *Djeuh.*; Ricinus frutex, κρότων *Gol.*

خَرِيعٌ Debilis; Flaccum et dependens *cameli labium*; Camela, in qua خُرَاعٌ est; Improba et adultera mulier (*hanc significationem negans Alazmai assentit proxime sequenti*); *aut* quae prae mollitie corporis valde inclinato corpore incedit.

خَرِيعٌ Cnicus herba (عصفرى), *vel* carthamum (قرطم).

خَرَاعَةٌ (*i. q.* خلاعة) Improbitas, licentia.

خَرِيعَةٌ Mulier improba, adultera, *aut* quae, quum molle sit, inclinato corpore incedit.

مُخَرَّعٌ Homo moribus diversis indoleque varia praeditus.

مَخْرُوعَةٌ Signo خَرَع appellato in auribus praedita *ovis*.

خَرْعَبٌ Ramus recens et mollis *vel* surculus unius anni altus, mollis; Iuvenca pulchra statura praedita, mollis *vel* Tenuis, alba, pinguis, pulchra tenuibusque ossibus praedita; Longus, carnosus *Kam.*

خُرْعُوبٌ Ramus recens mollisque *vel* surculus unius anni altus, mollis; Iuvenca pulchra statura praedita *vel* Tenuis, pinguis, pulchra tenuibusque ossibus praedita; Longa, magna et lacte abundans *camela.*

خَرْعَبَةٌ Pl. خَرَاعِبُ Corpus laeve. *Diw. Huds.*; Tenuibus ossibus praedita, mollis *puella. Djeuh.*

خَرْعُوبَةٌ Pl. خَرَاعِيبُ Ramus recens et mollis *vel* surculus unius anni, altus, mollis; Iuvenca pulchra statura praedita, mollis; *vel* Tenuis, alba, pinguis, pulchra tenuibusque ossibus praedita. *Kam.*

خَرَفَ *F. o. n. a.* خَرْفٌ, خَرَافٌ, خِرَافٌ, مَخْرَفٌ Decerpsit collegitve de arbore (*fructus*) *c. a.*; 2) Collegit fructus humi iacentes *alicui c. a. p.*; 3) خُرِفَ Pluvia autumnali (خريف) compluta fuit, eaque rigata fuit *terra*. b) خَرِفَ 1) Mente alienatus fuit; 2) Deditus fuit fructibus خرفة. II *n. a.* تَخْرِيف Putavit, dixit mente alienatum *aliquem c. a. p.* III Autumni tempore *cum aliquo* in negotio versatus est *c. a. p.* IV Corrupit *c. a.*; Maturos habuit dactylos et colligendo aptos *palma*; Valde longum fuit *milium* (ذُرة); Permisit *alicui*, ut fructus palmae colligeret *c. a. p. et acc. palmae*; Autumnum ingressus fuit *populus*; Autumni tempore peperit *ovis*; Eodem anni tempore, quo ab admissario inita fuit, peperit. VIII Decerpsit (*fructus*) *c. a. r.*

خَرَفٌ Species dactylorum vilissima; Delirium senis.

خَرِفٌ Mente alienatus.

خُرُفٌ Tempus, quo ad autumnum (خريف) exeunt, *in his Aldjarudi Muhammedi dictis verbis* يا رسول الله قد علمت ما يكفينا من الظهر ذود تأتي عليهن في خرف.

خَارِفٌ Palmarum custos.

خَرَافٌ Tempus, quo fructus colliguntur.

خِرَافٌ *Id.*

خُرْفَةٌ Fructus decerpti, collecti. *Dicitur* التمر خرفة الصايم.

خَرُوفٌ *Fem.* ة *Pl.* خِرْفَانٌ, أَخْرِفَةٌ Agnus (*mas*) *vel* quum robustus est et pascit; *et* Equuleus usque ad anni unius aetatem *vel* semestris aut septimestris.

خَرِيفٌ Decerptus; Tres menses inter aestatem hiememque, in quibus colliguntur fructus, autumnus; Pluvia autumnalis, prima pluvia initio hiemis; Dactyli virides decerpti; Annus; Rivus, quo hortus rigatur; Folium arboris deciduum, *quasi* autumnale (*Gol. ex Merc.*).

خُرْفِيّ Pisa. *Est pro indole linguae Arabicae ex* خُلَّر *mutata vox.*

خُرَافَةٌ Fructus decerpti, collecti. *Pl.* خُرَافَاتٌ Narratio, fabula lepida, mira; *tum* خُرَافَةُ Nomen viri quem daemones fascinasse ferunt: narravit is, quum inter illos aliquod temporis spatium peregisset, quae viderat; quum autem eius verbis fidem non facerent, dein omnem lepidam falsamque narrationem حديث خرافة appellarunt.

خَرُوفَةٌ Palma, quam quis cepit, ut decerperet inde dactylos virides.

خَرِيفَةٌ *Pl.* خَرَايِفُ Palma, quam quis conduxit, ut decerperet inde dactylos virides; *vel* الخرايف *sunt* Palmae, quarum dactyli coniectura definiuntur, *vel* Quod palmae plantandae causa fossam in loco, ubi fluxit aqua et in quo glarea est, cavant: tum ad terram duram fodiendo quum pervenerint, fossam arena implent palmamque plantant.

خَرْفِيّ Autumnalis.

خِرْفِيّ *Id.*

خَرَفِيّ *Id.*

مَخْرَفٌ Via trita et aperta; Decerptio dactylorum e palmis.

مِخْرَفٌ *Pl.* مَخَارِفُ Sporta parva in quam optimi dactylorum viridium colliguntur.

مُخْرِفٌ Quae eodem tempore anni sequentis, quo ab admissario inita fuit, parit.

مُخَارِفٌ Frustratus spe, infelix.

مَخْرَفَةٌ Delirium; Narratio fabulosa; Hortus; Via per duas palmarum series, ut decerpere aliquis possit unde velit; Via trita et aperta.

مَخْرُوفٌ Decerptus; Autumnali pluvia rigatus.

خَرَفَجَ Multum cepit *c. a.*

خَرْفَجٌ Commoditas vitae et affluentia opum.

خُرَفِجٌ Pinguis.

خُرَافِجٌ Commoditas vitae et affluentia opum.

خَرْفَجَةٌ *Id.*

خَرْفِيجٌ *Id.*, *et* Recens, mollis (*de planta, corpore*).

مُخَرْفَجٌ Amplus (*de vase, vita*).

مُخَرْفَشٌ Mixtus.

خُرْفُعٌ Gossipium in calicibus corruptum; Gossipium carminatum; Id quod continetur fructibus (جراء) arboris عشر appellatae.

خَرْفَقٌ Semen sinapi persici (فارسي خردل), *vox Syriaca. In Aegypto appellatur* حشيشة السلطان. Est species plantae حرف largis foliis praedita.

خَرْفَقَة *et* اِخْرَنْفَاق *idem quod* اخرنباق.

خرق *F. o. i. n. a.* خَرْقٌ 1) Laceravit (*vestem*); 2) Transivit, permeavit *desertum c. a.*; 3) Corrupit (*opus*) *Gol. ex Mar.*; 4) Mentitus fuit; Finxit *mendacium c. a. r.*; 5) *n. a.* خُرُوق Permansit *in domo*, neque prodiit *c.* في *l.* b) خَرِقَ *n. a.* خَرَقٌ 1) Permansit *in domo* neque prodiit *c.* في *l.*; 2) Volare non valuit ob timorem (*avis*); 3) Stupidus nec dexter in re agenda fuit; 4) Corpus in terram depressit ob metum ab avibus rapacibus *fera Meid.* c) خَرُقَ Ignoravit *rem c.* ب *r.*; Stupidus fuit. II Vehementer laceravit, dilaceravit *c. a. r.*; Multum mentitus fuit. IV Attonitum reddidit *c. a. p.* V Laceratus fuit, perforatus fuit, rimasque egit; *pro* تخلق Mendacium finxit; Profusus fuit (*liberalitate*) *c.* في. *Dicitur* هو يتخرق في السخاء. VI Permeavit *c. a. r.* (*si lectio est proba in Vita Salad. p.* 105). VII Laceratus, dilaceratus fuit. VIII Transiit *ventus*; Mendacium finxit. XII Laceratus fuit.

خَرْقٌ (*propr. nom. act.*) Fissura: *dicitur* في ثوبه خرق; *tum* Fissura rotunda in aure *ovis*. *Pl.* خُرُوق Terra late patens, quam perflant venti, desertum; Planta quaedam ei quae قسط appellatur similis.

خِرْقٌ *Pl.* خُرُوق, خِرَاق, أَخْرَاق Valde liberalis, *vel* Elegans, ingeniosus simulque liberalis; Puer pulcher indole nobilis.

خُرْقٌ Quod aliquis adhibet duritiem loco benignitatis et vice versa *conf. Calil. w. Dimn. p.* 99 *ed. de Sacy*; Quod aliquis cum imperitia et sinistre rem tractat; Stupiditas. نومة الخرق Somnus tempore diei ضحى appellato.

خَرَقٌ Mentis stupor ex pudore vel metu; *vel* Quod aliquis verens et stupefactus oculis apertis adspicit; Quod dorcas timore perculsa surgere nequit, avis autem volare; Asperitas, durities *in moribus*; Imperitia et perversitas in rebus tractandis.

خَرِقٌ *Fem.* ة Perculsus pudore metuve; Volare quae non potest ob metum (*avis*); Stupidus *vel* non bene rem perficiens; Cinis; Dorcadis pullus cui iam sunt infirmi pedes.

خَرُقٌ Stupidus *vel* non bene agens rem.

خُرُقٌ Durities in agendo (*contr. est* رفق).

خُرَّقٌ *Pl.* خَرَارِق Avis quaedam *vel* passerum species. *Domair.*

الخارق Cuspis secans. *Reisk.*

خَرْقَةٌ *n. a.* Findere; Secare; Corrumpere opus. *Gol. ex Mar.*

خِرْقَةٌ *Pl.* خِرَق Pars rei laceratae (ut vestis); Separatum agmen *locustarum.* ذو الخرق Cognomen Alnohmani ben-Raschid quia se in proelio panniculis rubris et flavis distinxit, *itemque* Chalifae ben-Djamal ob versum dictum. اصحاب الخرق Sufici (*quia indumento* خرقة *appellato vestiti sunt*); Crumena pecuniae *Reisk.*

خُرْقَةٌ Stupiditas.

خَرُوقٌ Ventus frigidus, vehementer flans.

خَرِيقٌ *Pl.* خُرُق Terra plana, campusve in quo plantae sunt; *et* Ventus frigidus, vehementer flans (convellens tentoria *Meid.*); *et contra* ventus leniter flans, *vel* rediens et diu flans (*pec. de Borea*). *Pl.* خُرُق, خَرَائِق Puteus, cuius in fundo terra dura vel lapis aqua tecta non est (البير نسر جبلتها عن الماء *Kam.*); Quem foetus rupit ut non amplius conciperet *uterus*; Locus, ubi fluit aqua, qui neque fundus (قعر) est, neque arboribus caret; Amplus vallis locus, ubi desinit. *Pl.* خرائق Venti. *Diw. Huds.*

خَرْقَاءُ Desertum, terra late patens.

خَرِيقَةٌ *i. q.* خرقة. *Gol. ex Mar.*

خِرِّيقٌ Liberalis, *vel* elegans, ingeniosus simulque politus; Puer pulcher indoleque nobilis.

أَخْرَقُ Cuius منسم prius in terram decidit quam eius خف *camelus* (*quod generositati eius tribuunt*); Stupidus vel non bene agens rem. *Prov. locut. est* لا تعدم الخرقاء علة Non deest stultae excusatio, *qua utuntur in excusationibus vetandis.* Multum durus in agendo. *Fem.* خرقاء

Pl. خُرْقٌ Stolidus; Aure perforata *ovis. Djeuh.*; Vehementer spirans (*ventus*); Quae locorum, quo pedes ponat, nullam habet rationem (*stupida*) *camela.*

خَرْقٌ Desertum; Lapis in cisternae fundo e quo aqua emittitur.

خِرَاقٌ Vir pulchro corpore praeditus, sive sit longus sive non sit; Dexter in re agenda; Taurus sylvester; Dominus; Liberalis. *Pl.* مَخَارِيقُ Fascia strophiumve convolutum, ut eo percutiatur, uti in ludo خطيرة appellato; *tum quoque* Gladius ligneus. *Amru l'Kaisi Moall. v.* 43 *schol. Sus.* هو مخراق حرب Multis proeliis interfuit. هو فى مخراق حرب Agilis est in bello aut pugna. المخاريق Praestigiae, mendacia, falsa miracula.

مِخْرَقَةٌ *quibusdam pro* مِخْرَاقٌ *prox. praec.*

مَخْرُوقٌ Infelix, qui non assequitur opes.

مُخْرَوْرِقٌ Is, qui agilis dexterque est in curandis camelis ut circum eos obeat.

مُنْخَرَقٌ Locus transitus; Locus ubi flat *ventus*.

مُتَخَرِّقٌ: رجل متخرّق السربال Vir qui diu iter continuavit ut eius vestes lacerarentur.

مُتَخَرِّقَةٌ Quem foetus rupit ut non amplius conciperet *uterus.*

مُنْخَرِقٌ Flatus et perspiratio venti; Locus ubi flat ventus. رجل منخرق السربال Vir qui diu iter continuavit, ut eius vestes lacerarentur.

مُنْخَرِقٌ Celer.

خَرْقَلَ Multa cum diligentia misit *vel* cum cunctatione sagittam, *vel* Ita misit sagittam ut praedam confoderet et ab altera parte exiret.

خَرِكَ *conf.* خَرِدَ.

خَرْدَه *Pl.* خردهات (*vox peregr.*) Tentorium; *sed et* خركات *Pluralis Locm. fabul. p.* 68. *l.* 14.

خَرَمَ *I. i. n. a.* خَرْمٌ 1) Disrupit, fregit *suturam c. a.*; Resecuit *aliquid de re c. a. r. et* من *r.*; Fidit isthmum narium *c. a. p.*; 2) Exorbitavit deflexitque *a via c.* عن. b) خَرِمَ *n. a.* خَرَمٌ Perforatam habuit aurem; Isthmum narium perforatum habuit. c) خَرُمَ Non curavit quid diceret aut faceret. II Fregit, disrupit *suturam c. a. r.* V Disrupta, fracta fuit *sutura.* تخرّم زندك Nil boni penes te est. Omnino perdidit, exstirpavit *gentem fortuna c. a. p.*; تخرّم زبده Iniustitia et stupiditate vexavit nos (زبده *non est pro vitio habendum, ut aliquis* زنده *legendum esse existimet; utrumque enim dicunt*): *ita in Kamuso hic loquendi modus explicatus est*; *apud Djeuharium est* تخرم زبد فلان Cuiusdam ira quievit. Sectae Chorramiticae (الخرّمية *in Kamuso autem legitur* المخرمية) se addixit. VII Fissus fuit et rimas egit. VIII Perdidit, exstirpavit *gentem c. a. p.*; *et* Abripuit (*mors*) *c. a. p.* اخترم فلان عنا Morte nobis ereptus est aliquis.

خَرْمٌ *Pl.* خُرُومٌ Prominens montis vertex; *in arte metrica* Abiectio unius literae sive syllabae brevis ex initio versus. (*Est nomen generale, ut huiusmodi mutationibus in variis pedibus varia tribuantur nomina.*)

خُرْمٌ *Pl.* خُرُمٌ Prominens montis vertex. *Gol. ex Jac.*

خَارِمٌ Frigidus; Relinquens; Corruptor; Ventus frigidus.

خُرَّمٌ Planta arboris, quae سراج القطرب appellatur. *Meid.* Mollis delicata vita (*videtur esse vox Persica*).

خَرَمَةٌ Locus ubi perforatur auris.

خُورَمٌ Petrae fissuras rupturasque habentes.

خَرِيمٌ Qui non curat quid faciat aut dicat.

الخُرَّامُ Ii, qui omnino a Dei cultu alienati nonnisi peccatis dediti sunt.

خُرْمَانٌ Esox belone *nom. piscis. Forsk. descr. anim. p.* 67.

خُرْمَانٌ Mendacium.

خُزَّمَةٌ *Pl.* خُزَّمٌ Planta similis ei, quae نوبهء appellatur, odorans, eundem ac viola colorem habens. Ex eadem oleum paratur.

خَوْرَمَةٌ Anterior pars nasi, *vel* Ea pars, quae est inter duo nasi foramina.

خُرُومَانَةٌ Herba prava nascens inter gossypium.

خُرَّمِيَّةٌ Secta eorum, qui dediti sunt animae transmigrationi et licentiae. *Videtur ea nomen accepisse a regione, unde eiusdem caput Babec oriundus erat. vid. Hist. Sar. p.* 141.

أَخْرَمُ *Fem.* خَرْمَاءُ Fissis oculis praeditus *homo*; Perforatis auribus instructus; Isthmum narium fissum habens; Fissa *auris.* الْخَرْمَاءُ Collis altus in cuius uno latere est vallis *vel* omnis collis, in quem ab uno latere adscendi non potest; Cuius auris in largum fissa est *capra.* *Et* اخرم *in arte metrica* versus is *appellatur*, in quo est خرم. *Dual.* الاخرمان Duo ossa fissa in extremitate palati superioris; Ossa in scapulis e latere superiore brachiorum (*In Kamusi ed. Calcutt. legitur* وآخِرُ ما فى الكتفين من قِبَل العضدين, *sed non dubito, quin omisso* فى *scribendum sit* (واخْرَما الكتفين); *vel* Extremitates duae inferioris lateris in scapulis ea parte ubi nodosum caput كعبرة appellatum circumdant.

مَخْرِمٌ *Pl.* مَخَارِمُ Prominens *collis* vertex; Extrema cuspis *gladii* (*pro* مخرم السيل *legendum est in Kamuso* مخرم السيف). الْمَخَارِمُ Viae in terra aspera, Initia viarum inter montes; Initium noctis. يمين ذات مخارم Iusiurandum a quo implendo refugium est relictum.

مَخْرُومٌ Versus, in quo id est, quod خرم appellatur.

مُخْرَمِدٌ Stans defixis in terram oculis et silens.

خِرْمِسٌ Nox obscura.

اِخْرَمَّسَ Humilis abiectusque fuit.

اِخْرِمَّاسٌ *et* اِخْرِنْمَاسٌ Silere, tacere.

خَرْمَشَ Depravavit, corrupit *librum c. a.*

اِخْرَمَّصَ Siluit.

خِرْمِلٌ Femina fatua *vel* languida, *vel* Anus decrepita; Multus (*de hominibus*).

خَرَامِلُ *i. q.* خَذَافِلُ.

تَخَرْمَلَ Lacerata fuit (*vestis*).

خِرْنَوْصٌ Porcellus

خَرْنَفَ Percussit (*gladio*) *c. a. p. et c.* ب *instr.*

خِرْنِفٌ Gossipium; Abundans lacte *de camela.*

خُرَانِفٌ Longus, procerus.

خِرْنِفَةٌ *Pl.* خَرَانِفُ Fructus arboris عضاه.

خُرْنُوفٌ Pudendum mulieris.

خِرْنِقٌ *Pl.* خَرَانِقُ Leporis pullus recens natus, *conf.* سخلة *Meid.*, *vel* Lepusculus; Locus in quo colligitur aqua, cisterna.

أَلْخَوَرْنَقُ *ex Pers.* خُورْنَكَاهْ (*i. e. locus edendi*) Nomen palatii, quod Cufae exstruxit rex Nomân Ibn-Mondsir.

مُخْرِنِقٌ *Fem.* ة Lepores habens gignensve *terra.*

خُرْوَةٌ. *Pl.* خُرَاتٌ Foramen securis.

خَرَاتَانِ Duarum stellarum nomen. *Singulis nomen est* خَرَاةٌ. *conf. Alferg. p.* 78.

خُرْءٌ Stercus humanum. *Hamas. p.* 677.

خَزَّ *n. a.* خَزٌّ Transfodit, confixitque, ac velut consuit (*telo*) *c. a.*, *et* Spinis superne infixis munivit (*murum*), ne quis transcenderet *c. a.* VIII Transfodit, confixitque, ac velut consuit (*telo*) *c. a.*; *et* Exemit e turba hominum *aliquem c. a. p.*; Cepit *e camelorum turba camelum c. a. et* من.

خَزٌّ *Pl.* خُزُوزٌ *Pers.* قَزْ Sericum netum grossiusque: bombycum enim folliculi, a papilionibus perrupti, plusculum coquuntur cum sapone, emollitique et cohaerentes a mulieribus in fila ducuntur fuso *Gol.*; *item* Pannus ex eo serico contextus, *aliis* Lana seu pili animalis marini, castoris puto, ex quibus texuntur vestes.

خُزَزٌ *Pl.* خِزَّانٌ *et* أَخِزَّةٌ Lepus mas.

خَزَازٌ Nomen montis in quo tempore matutino, quum expeditionem bellicam suscepturi erant, struere ignes Arabibus mos fuit.

خَزِيزٌ Rhamnus valde aridus, quo muniri solent muri. *vid. Coni. I.*

خَزَّازٌ Serici grossioris venditor.

خَزَازِىٌّ *i. q.* خَزَّازٌ.

مَخَزَّةٌ Locus leporum.

خَزِبَ *F. a. n. a.* خَزَبٌ Tumuit, *vel* Ita pinguis fuit, ut tumidus videretur; Tumore inflata fuit cutis; Tumore uberum indeque angustia papillae laboravit, *aut* aridum

uber et parum lactis habuit *camela.* **V** Tumore inflata fuit *cutis*; Intumuit *uber* (*camelae*).

خَزِبٌ *i. q.* خَزِفٌ.

خَزِبَةٌ Tumore uberis laborans, *vel* in utero habens verrucas, quibus noxa afficitur *camela.*

خُزُوبٌ Tumor uberis *camelae etc.*

خَزْبَاءُ *i. q.* خَزِبَةٌ.

خَيْزَبٌ Mollis lenisque caro.

خَيْزَبَةٌ Frustum carnis mollis.

خُزَيْبَةٌ Minera auri.

خَيْزَبَانٌ Mollis lenisque caro; Pullus struthiocameli mas.

خِزْبَازٌ *et* خَزْبَازٌ *et* خَازِبَازٌ *et* خَازِبَازِ *et* خَازِبَاءُ *et* خَزْبَاءُ *et* خَازُبَاءُ *et* خِزْبَاءُ *et* خَازِبَازِ Muscae in hortis vel pratis, *vel* earum susurrus; Nomen duarum plantarum; *et* Morbus qui occupat collum tam hominis quam cameli; Felis. (*Sunt lexicographi, qui vocem sub* بوز *adnotaverunt; eamque ob causam et a nobis sub illa voce adnotata est.*)

اِخْزَأَبَّ Superbivit; Austerum se praebuit; Pedibus anterioribus omnem percussit, obviam venientem.

مُخْزَاجٌ Camela, cuius, quum pinguis est, cutis tumore plena esse videtur.

خُزْخُزٌ Duris musculis praeditus.

خُزَخِزٌ Validus, robustus.

خُزَاخِزٌ *Id.*

خَزَرَ 1) *Prop.* Angustis, *tum* Limis oculis adspexit; 2) Astutus, ingeniosus fuit; 3) Fugit. b) خَزِرَ *n. a.* خَزَرٌ Tectus multum natura fuit oculus palpebris, ut angustis oculis aliquis adspiceret, *vel* Angustus et parvus fuit *oculus*, *vel* Oculos aperuit et tum palpebras contraxit, *vel* Distortus fuit unus oculus. **II** *n. a.* تَخْزِيرٌ Arctavit. **VI** Contraxit palpebras arctavitque, acutioris conspectus ergo; Simulavit talem intuitum.

خَزْرٌ Adspectus, qui limis oculis fit.

رُكْبَة Plantae صليان appellatae radix amputata in terra remanens. *Kam. Plur. in multis adhibitus* رُكَب, *Pl. in paucis adhib.* رُكَبات, رُكُبات, رُكْبات (*Dj.*) Genu *in hominibus. conf. Avicenn. L. I. p.* 18, *et* locus idem in caeteris animalibus. *Kam.* ركبة الدجاجة Nomen stellae 3 ω ad astrum cygni pertinentis. *conf. Ideler Untersuch. etc. p.* 79. ركبة الرامى Nomen stellae α, quae ad astrum Sagittarii pertinet. *ibid. p.* 189.

رَكَبَة Manus camelis vehentium minor quam ea quae رَكْب (*quam vocem conferas*) appellatur. *Kam. Dj.* (*Pluralis forma a* راكب *esse videtur.*)

رَكُوب Inequitans. *Kam. Fem.* ة *Pl.* رَكائِب Equitando inserviens *de camelo. Kam. Dj.* طريق ركوب Via in qua inequitatur. *Kam.*; *vel ita sunt significatione distinguendae voces* رَكُوب *et* رَكُوبَة, *ut illa significet* camelam qua vehitur aliquis, *haec* camelam ad vecturam destinatam. *Kam.*; Operi faciendo destinatum iumentum. ناقة رَكُوبَة Camela qua vehuntur, *aliis* condocefacta. *Kam. Djeuh.*

رَكُوب Surculus in trunco palmae nascens, cui non est radix in terra. *Dj.*

رِكاب Inequitans. *Kam.*

رَكِيب Impositus, insertus alteri rei, ut pala annuli. *Kam. Dj.*; 2) Qui una cum alio vehitur. *Kam.*; 3) *Pl.* رُكُب Pars arvi *vel* rivus fluens inter duas arvi partes; *vel* Palmae et vites inter duos muros; *vel* Arvum. *Kam.* نَخْل رَكِيب In seriem plantatae palmae. *Kam.*

رَاكِبَة Surculus e superiore palmae parte dependens, non tamen terram attingens. *Kam.*

رَاكُوب Surculus e superiore palmae parte dependens, non tamen terram attingens. *Kam.*

رَوَاكِب *Pl.* Ductus adipis in anteriore gibbi camelini parte (*qui in postica sunt,* روادف *appellantur*). *Kam.*

ناقة رَكْباة Camela, qua vehuntur, *aliis* condocefacta. *Kam.*

رَكُوبَة *Pl.* رَكائِب Vectarium, cui inequitatur, *animal* (*uti* حمولة *onerarium*). *Harir.*

ناقة رَكَبُوت Camela, qua vehuntur, *aliis* condocefacta. *Kam.*

رَاكُوبَة *et* رَكَّابَة Surculus e superiore palmae parte dependens non tamen terram attingens. *Kam.*

ناقة رَكْبانة Camela, qua vehuntur, *aliis* condocefacta. *Kam.*; Inequitando idonea. *Dj.*

رِكابِى In camelis subvectum *oleum*: *ita oleum appellatur, quod in camelis e Syria adducitur. Kam. Dj.*; Qui tenet stapedes, ut dominus adscendat. *Gol. ex Meid. Pl.* رِكابِيَّة Ii, qui tenendi stapedis principi munus habent. *De Sacy Chrest. Ar. p.* 84. *t. Ar. ed. pr.*

أَرْكَب *F.* رَكْباء Magna habens genua. *Kam. Dj.*; *et* Unum genu habens maius altero *de camelo. Kam. Dj.*

أُرْكُوب Manus camelis vehentium: *hominum numero maior est, quam ea, quae* رَكْب (*quam vocem conferas*) *appellatur. Kam. Dj.* (*Est autem Chalili sententia, hanc vocem de vehentibus in iumentis, cuiuscunque generis sint, adhiberi*). *conf. De Sacy Anth. gramm. Ar. p.* 54 *t. Ar.*

تَرْكِيب Dispositio multarum rerum eo modo facta, ut omnibus nomen unum commune detur, et ita ut singulis non sit mutua relatio sive praeeundo sive sequendo. (*Perquam similis est voci* ترتيب.) Relatio, quae inter rem eiusque partes exsistit. *De Sacy Gramm. Ar. p.* 301. 365. *T. I. edit. pr.*

مَرْكَب *Pl.* مَرَاكِب Vehiculum, iumentum, currus, *et* navis. *Kam. Dj.*; Nomen astri navis appellati. *conf. Ideler Unters. p.* 258.

مُرَكَّب Compositus. *Inde* Nomen proprium compositum ex pluribus vocibus, *ex. gr.* تأبط شرا; *tum ut* مركب اسْنادى Adiectivum formatum ex verbo cum subiecto coniuncto *ex. gr.* ضَرِبَ *ex* ضرب زيد; *tum* مركب تَضَمُّنِى Voces compositae in quibus ellipsis est, *ex. gr.* صَباحَ مَساءَ *pro* كل صباح ومساء. *conf. De Sacy Gr. Ar. T. I. p.* 189. 312 *ed. pr.* مركب مَزْجِى Vox composita, quarum duae partes re ipsa pro una tantum voce habendae sunt, *ut in* بَعْلَبَكّ. *De Sacy Gr. Ar. T. I. p.* 248 *ed. pr.* *Vox autem* مركب *in libro* تعريفات *inscripto explicatur his verbis:* هو ما اريد بجزء لفظه الدلالة على جزء معناه. Id cuius vocis parte indicare volunt sensus partem. *Tum horum compositorum varii modi adferuntur verbis se-*

quentibus: وهو مركب اسنادى كقام زيد ومركب اضافى كغلام زيد ومركب تعدادى كخمسة عشر ومركب مزجى كبعلبك ومركب صوتى كسيبويه „Hoc autem est compositum verbo et subiecto constans ut قام زيد, aut nomine cum altero nomine coniuncto ut غلام زيد, aut numeris coniunctis ut خمسة عشر, aut vocibus intime coniunctis et quasi mixtis ut بعلبك, aut sonis constans ut سيبويه." *Denique* compositum *est aut* perfectum تام *aut* imperfectum غير تام. Perfectum *est* compositum, si sensus ita constitutus est, ut nil porro exspectet audiens, *ut in vocibus* السماء فوقنا. Imperfectum *autem est aut* تقييدى, *qua voce significatur*, sequente verbo prioris vocis sensus restringatur et specialior fiat, *ut* الحيوان الناطق animal rationale, *aut* غير تقييدى dum constat nomine اسم et particula اداة, *ut* في الدار in domo, *aut* phrasi كلمة et particula اداة, *ut* قد قام زيد Iam stetit Saidus. Impositus, insitus, incertus. *Dj.*; Artis equestris haud multum peritus. *Hamas. p.* 441; Mutuatitio vehens equo in expeditione bellica, ea lege ut dimidium praedae domino cedat. *Kam.*; Origo, stirps. *Kam. Dj. Dicitur* فلان كريم المركب. Mixti generis *animal*, *et pec.* Atramentum *Gol. in append.*

مركبات Nomina composita (*in grammat.*).

متراكب Compactus, accumulatus; *tum in arte metrica* Nomen homoioteleuti (*Reim*), tribus litteris motis inter duas quiescentes producti. *conf. Darstellung der Arab. Verskunst. p.* 304.

ركابدارية (*Ex Arab.* ركاب *et Pers.* دار) Ii, qui tenendi stapedis principi munus habent (*idem quod* ركابية). *Locmani fabul. etc. p.* 60.

ركح *F. a. n. a.* ركح Innixus fuit *aliqua re c.* على *r. Kam.*; 2) *n. a.* ركوح Inclinavit *c.* الى. *Kam. Dj.*; 3) Se recepit, se convertit *ad aliquem c.* الى *p. Kam.*; 4) Composuit aliis alia imponens *rem c. a. r. et* ب. *Dicitur* ركح الرجل بيته بالحجارة. *Ibn-Doraid Lex.* IV Innixus fuit *aliqua re c.* على *r. Kam.*; Fulcivit *c. a. et* الى *r.*; *vel* Fecit ut confugeret, se reciperet *ad aliquem c.* الى. *Kam. Dj.* V Consedit aliquo loco haud pressus angustia. *Kam.*; Libera potestate usus fuit *in re c.* في. *Kam.*; Cunctatus fuit *in aliquo loco. Kam.* VIII Innixus fuit *aliqua re c.* على *r. Kam.*; Fartim impletus fuit *catinus. Gol. ex Dj.*

ركح *Pl.* ركوح *et* اركاح Latus firmum montis, quo fulcitur. *Kam. Djeuh.*; Media area domus. *Kam.*; Validius eius latus. *Gol. ex Mar. Plur.* اركاح Fundamentum. *Kam.* الاركاح Monachorum domus. *Kam.*

ركاح Canis nomen. *Kam.*

ركحاء Terra dura, aspera altiorque. *Kam.*

ركحة Media area domus. *Kam. Dj.*, cavaedium; Pars intritae superstes in scutella. *Kam. Dj.*

مركاح A dorso retrorsum vergens *ephippium aut sella. Kam. Djeuh.*

مرتكح *F.* ة Intrita fartim impletus *catinus. Kam. Dj.*

ركد *n. a.* ركود Constitit, quietus fuit. *Kam.*; Non mota fuit *aqua*, *ventus*, *navis. Kam.*; Tranquillus fuit *populus. Dj.*; In culmine quasi substitit *sol. Dj.*; In aequilibrio stetit, non se movit *statera. Kam. Dj.*

راكد *Fem.* ة *Pl.* رواكد Stabilis, quiescens in loco. *Djeuh. Pl.* ركد *adhibetur de tripodibus ollarum. Reisk. ad Gol.*

ركود Repleta *scutella. Kam.*; Continuo lacte pollens *camela. Kam.*

مراكد Loca ubi homines *etc.* quiescunt. *Dj.*

ركركة Imbecillitas, debilitas *de quavis re. Kam.*

ركراكة Magnis natibus femoribusque praedita *femina. Kam. Djeuh.*

تركرك Agitavit *utrem* cremore impletum, ut fiat butyrum *c. a. r. Kam.*

ركز *F. o. et i. n. a.* ركز 1) Defixit *in terram hastam c. a. r. et* في *l. Kam. Dj.*; 2) Produxit venas auri et argenti *Deus*; 3) Commota fuit, micavit *arteria. Kam.* IV Invenit aeris, auri et argenti venas, *item* defossos antiquorum thesauros ركاز appellatos. *Kam. Dj.*; Auri argentive venas continuit *minera. Kam.* VIII Commota fuit et micavit *arteria. Kam.*; Firmus stabilisque fuit. *Kam.*; Posito arcus cornu in terra incubuit *ipsi c.* على *arc. Kam.* (*In Djeuharii codice, quo usus sum, est* اركز; *sed hoc pro vitio habendum, legitur enim in Djeuhario Turcico* ارتكز.)

ركز Sonus submissus et occultior. *Kam. Dj.*; *item* Pulchritudo; Vir doctus, intelligens. *Kam.*; Vir liberalis, generosus. *Kam. Pl.* ركز Vena aeris, auri et argenti.

ركاز *Pl.* Fossilia terrae, *pec.* pretiosiora; *tum* Opes, thesauri in terra reconditi: *spec.* antiquioris aevi. *Kam. Dj.* (*In libro Tarifat legimus* الركاز *esse* opes in terra defixas, sive ibi sint natae ut venae auri, sive depositae ut thesaurus).

رِكْزة Firmitas ingenii. *Kam.*; Palma e trunco avulsa et in terram defixa. *Kam.*

رَكِيزة Vena aeris, auri et argenti. *Kam.*; Gradus internus (العتبة الداخلة). (*Vox iis propria, qui scientiae* رمل *appellatae operam dant.*) *Kam.*

مَرْكَز *Pl.* مَرَاكِز Centrum circuli aut rotundi. *Kam. Dj.*; Locus, ubi quis consistit degitve. *Kam. Dj.*; Locus militum, ubi subsistere iubentur. *Kam.*

مرتكز Herbae aridae fractae, circumvolitantes. *Jacob Schultens. ad Gol.*

ركس *n. a.* رَكْس 1) Invertit, s. Ita vertit, ut prima eius pars super ultima esset *c. a. Kam. Dj.*; 2) Constrinxit vinculo ركاس appellato. *Kam.* IV Invertit *c. a. p.*; Reiecit, refutavit s. privavit *lucro incredulitatis c. a. p. et* ب *r. Dictum est* والله اركسهم بما كسبوا. *Kam.*; Turgere coeperunt *puellae mammae. Kam.* (*Quod si eae sunt turgentes, vocem* نهد *adhibent.*) VIII Inversa fuit *res. Kam.*; Incidit denuo in rem accidentem *vir. Kam. Dj.*; Coarctata, compressa fuit. *Kam.*; Constitit in medio areae loco eumque locum tenuit *bos. vid.* راكس. *Kam.*

رِكْس *i. q.* رِجْس Sordes, impuritas. *Kam. Dj.*; Magna copia (*de hominibus*). *Kam. Dj.*

رَاكِس In medio areae consistens (*bos*), quem alii quos ducit obeunt triturantes. *Kam.*

رِكَاس Funis, quo capistrum cameli religatur ad tarsos pedum anteriorum, ut ita detineatur caput. *Kam.*

رَاكِسة In media area consistens, quam boves triturantes circumdant *vacca. Kam.*

رَكَاسة *et quoque* رِكَاسة Res in terram defixa ligno آخية appellato similis. *Kam.*

رَكُوسية Secta quaedam media inter Christianos et Sabaeos. *Kam. Dj.*

ركض *F. o. n. a.* رَكْض 1) Motitavit *pedes*, in terram impegit *c.* ب. *Kam. Dj.*; *inde* Pede percussit *aliquem camelus c. a. p. Dj.*; 2) Motis pedibus impulit *equum* ad cursum *c. a. equi et* ب *instr. Kam. Dj.* (*Nonnisi de pedibus adhibetur. In Corano est* اركض برجلك. *Vox pedis omitti potest.*) Propulit *c. a. Kam.* *Inde* رُكِضَ In cursum actus fuit, cucurrit. *Kam. Djeuh.*; *tum et* 3) رَكَضَ Cucurrit. *Kam. Djeuh.*; 4) Fugit, aufugit; *inde* اذا هم منها يركضون Ecce eos ab ea fugiunt; 5) Motitavit alas in volatu *avis. Dj.*; 6) لا يركض المحاجن Non tuetur se ipsum. *Kam.* III Certavit equi cursu *cum aliquo c. a. p. Kam. Dj.* IV Foetu grandescente et agitante se praegnans fuit *equa*, *mulier. Kam.* VI Concurrerunt simul *ad alium c.* الى. *Dj.* VIII Commovit se in utere *foetus. Dj.*; Commovit se *res quaecunque. Gol. ex Mar.*; Multum se convertit *in negotio suo* id sine quiete tractans *c.* فى. *Kam. Dj.*; Cucurrit. *Harir.*; Permeavit regiones. *Harir.*

رَكْض Cursus celer. *Inde* ركض الخيل Equi cursus cellerrimus. *Ita appellatur metrum aliter* متدارك *dictum. Darstellung der Arab. Verskunst. p.* 142.

رَاكِض Currens *equus. Kam.*

رَكْضة Motus, impulsus. *Kam. Dj.*

رَكُوض Valide velociterque sagittas impellens *arcus. Kam.*

تَرْكَضَاء *et* تِرِكِضَاء *Vox qua grammatici in exemplis utuntur, quae vero non explicatur, sed ex Firuzabadii sententia idem ac* رَكْض *esse videtur. Kam.*

مِرْكَض Rutabulum. *Kam.*

مَرَاكِض Latera cisternae. *Kam.*

مُرْتَكَض Locus *aquae*, ubi colligitur confluitque. *Kam. Djeuh.*

مِرْكَضة Latus incurvum arcus. *Kam. Dj.*; Medium eius ac manubrium. *Gol. ex Merc.* فرس مركضة Pedibus terram percutiens equus. *Kam.*

مِرْكَض In cursum actus, currens *equus. Kam.*

ركع *n. a.* رُكُوع Corpus inclinatum s. curvum habuit prae senio *vir*; *vel* Concidit pronus. *Kam. Dj.*; *inde* 2) Inclinato corpore preces peregit. *Dicitur* ركع ركعة *et* ركع ركعتين *etc. Nempe* Inter precandum post absolutam

lectionem ita caput demisit ut manus genua caperent, *vel* ut dorsum depressum esset. *Kam. Dj.* فلان يركع نغير الصلوة Scorti causa conclave adit (*Tarich Ahmed Almokri*); 3) E divite pauper evasit, et prava conditione usus est. *Kam.*

رَاكِعٌ *Pl.* رُكَّعٌ Caput demittens. *Kam.*

رَكْعَةٌ *Pl.* رَكَعَاتٌ Inclinatio capitis: *pec.* sacra, quae fit inter precandum; *unde* رَكْعَةٌ ركع, ركعتين *aut* ثلاث ركعات *dicitur. Kam.*

رُكْعَةٌ Terrae barathrum. *Kam.* *Sunt qui vocem Jemanae incolis propriam esse contendant. Ibn-Doraid. Lexic.*

ارتكف Terrae inhaesit delapsa *nix. Kam.*

ركل *F. o.* 1) Percussit *pede equum*, et adegit ad cursum *c. a. et* ب *instr. Kam. Dj.*; 2) Uno pede percussit *aliquem c. a. Kam. Dj.* II *Id.*; Pedibus ungulisve pulsavit. *Gol. ex Mar.* V Pedem impegit, eoque imposito ac premente adegit *ligonem* in terram *c.* ب *Kam. Dj.* VI *Pl.* Pedibus percussere se invicem. *Kam. Dj.*

رَكْلٌ *Coll.* Porrum. *Kam.*

رُكْلَةٌ Fasciculus olerum. *Kam.*

رَكَّالٌ Venditor porri. *Kam.*

مَرْكَلٌ *Pl.* مَرَاكِلُ Via. *Kam. Dj.*; *et Pl.* مراكل الدابة *Dual.* مركلان Latera iumenti seu partes quas pede eques attingit percutitque. *Kam. Dj.*

مِرْكَلٌ Pes. *Kam.* (*In editione Kamusi Calcutt. vitiose* رَجُلٌ vir *legitur.*)

مُرَكَّلَةٌ Ungulis calcata *terra. Kam.*

ركم *F. o. n. a.* رَكْمٌ Congessit, coagmentavit *c. a. Kam. Dj.* VI *et* VIII Congregatus fuit; Densus compactusque evasit. *Kam. Dj.*

رُكْمٌ Nubes coagmentata. *Kam.*

رُكَامٌ Nubes coacervata. *Kam.*; Acervus arenae. *Kam. Dj.*; Magnus, densus *de grege. Kam.*

رُكْمَةٌ Lutum acervatum. *Kam. Dj.*

مُرْتَكَمٌ Pars ampla *viae. Kam. Dj.*

مَرْكُومٌ Coacervatus. *Kam.*

ركن *F. o. et a. n. a.* رُكُونٌ Acclinavit se, ac requievit, nixusque fuit *c.* الى. *Kam. Dj.* b) رَكِنَ *F. a. n. a.* رَكْنٌ *Id.* c) رَكُنَ *n. a.* رَكَانَةٌ, رُكُونَةٌ Firmus ac constans fuit. *Kam. Dj.* II Similem fecit. V Firmus, stabilis fuit; Robustus, potens fuit *vir. Kam.*; Gravitatem et auctoritatem, potentiam ostendit. *Kam.* VIII Incubuit in rem, acriter insectatus. *Reisk. ad Gol.*

رُكْنٌ Mus, glis. *Kam.*

رُكْنٌ *Pl.* أَرْكَانٌ Latus solidius rei, quoque nititur. *Kam. Dj.*; Angulus *in specie* lapidis nigri in templo Meccano *appellatur* ركن البيت. *Inde* Fulcimentum, stabilimentum, praesidium *cuiusque rei*, *sc.* Id, quo ipsa res existit; *et* Res magni momenti. *Kam.* *Pl.* Proceres *regni. Kam.*; Elementa rerum. *conf. Tochfat Ichwan p.* 265. *Operae pretium videtur addere ex libro* تعريفات *inscripto vocis* ركن *explicationem* ركن الشى لغة جانبه الاقوى فيكون عينه وفى الاصطلاح ما يقوم به ذلك الشى من التقوم اذ قوام الشى بركنه لا من القيام والا يلزم ان يكون الفاعل ركنا للفعل والجسم ركنا للعرض والموصوف للصفة وقيل ركن الشى ما يتم به وهو داخل فيه بخلاف شرطه وهو خارج عنه.

رَكِينٌ Gravis ac constans *vir. Kam. Dj.*; Altiora latera habens; Fulcitus, firmus *mons. Kam. Dj.*

رُكَيْنٌ Mus, glis. *Kam.*

مِرْكَنٌ Vas notum. *Kam.*; Labrum: *pec.* figlinum lapideumve, in quo lavantur vestes. *Djeuh. Alazmaii auctoritatem secutus.* (*Hanc vocem cuidam dialecto propriam esse adnotavit Ibn-Doraid in Lexic.*)

مُرَكَّنٌ *F.* ة Magnum, et validis quasi lateribus compactum *uber. Dj.*; *et* Magnis praedita uberibus *camela.* *Dicitur* ناقة مركنة الضرع.

ركا *n. a.* رَكْوٌ *Pr.* رُكُوتٌ *F. o.* 1) Fodit *terram c. a. r. Kam.*; 2) Firmiter ligavit *rem c. a. r. Kam. Dj.*; 3) Bene concinnavit, reparavit, constituit *rem c. a. r. Kam. Dj.*; 4) Vituperavit *aliquem* et descripsit *alicuius* pravam agendi rationem *c.* على *p. Kam.*; 5) Imputavit falso *culpam alicui c. a. r. et* على *p. Djeuh.*; 6) Substitit *aliquo loco c.* ب *l. Kam. Djeuh.*; 7) Procrastinavit; 8) Duplicavit *onus in camelo c. a. r. et* على *cam. Kam. Dj.* IV Vituperavit *eius* pravam agendi rationem describens *aliquem c.* على *p. Kam.*; Procrastinavit, distulit *rem c. a. r. Kam.* *Tum et debitori dicunt* أركنى الى كذا

Da mihi moram solvendi usque ad illud tempus! IV Confugit *ad aliquem c.* الى *p. Kam. Dj.*; *Pr.* أَرْكَيْتُ Imputavit falso *alicui peccatum c. a. r. et* على *p. Kam. Dj.*; *Pr.* أَرْكَيْتُ Instruxit *exercitum c. a. r. et* لِ *p. Kam.* VIII Confisus fuit. *Gol. ex Mar.*

رَكِيٌّ Vena pertusa ac fluida. *Gol. ex Gl. Mar.*

رُكِيٌّ (*conf.* رُكِّيٌّ) Adeps cito liquefactus.

رَكْوَةٌ, رِكْوَةٌ, رُكْوَةٌ Cymba parva. *Kam.* (*at observat Kamusi interpres Turcicus vocem explicari in lexicis veteribus vocibus* Vas aquarium parvum corio confectum). *Plur.* رِكَاءٌ, رَكَوَاتٌ Vas aquarium. *Kam. Djeuh.*, parvus uter, lacus aquae seu cisterna; Panniculus, qui supponitur tribus lapidibus, quorum ope uvae exprimuntur. *Kam. Proverbialis inde sumta locutio est* صارت القوس رَكْوَةً *quae male cedente negotio et debilitatis rebus adhibetur. Pl.* رِكَاءٌ, رَكَوَاتٌ Pudendum muliebre. *Kam.*

رَكِيَّةٌ *Pl.* رُكِيٌّ, رَكَايَا Puteus. *Kam. Dj.* (*sed non adhibetur hoc nomen, nisi aqua in eo sit.*) *De Sacy Chrest. Ar. T. II. p.* 332 *ed. alt.*

مُرَاكٍ Perennis, durans. *Kam.*

مُرْتَكٍ Confidens, fretus *c.* على *p. Kam. Dj.*

مُرْتَكًى Fiducia. *Dicitur* ما له مرتكى الا عليك. *Kam. Dj.*

مَرْكُوٌّ Concinnatus, instauratus. *Gol. ex Mar.*; *item* Lacus aquae *seu* cisterna magna. *Kam. Dj.* (*Parva cisterna* جرموز *appellatur*). *Kam.*

مَرَاكِيَةٌ *Pl.* مَرَاكٍ Nomen arboris (شجرة) ex genere, quod حَمْض appellatur (*camelis pabulo inservit*). *Kam.*

رَكِيٌّ Debilis.

أَرْكَى Debilior, vilior. *Dicitur* هذا الامر اركى من ذلك.

رَمَّ *F. o. et i. n. a.* رَمٌّ *et* مَرَمَّةٌ 1) Concinnavit, reparavit, restauravit *rem c. a. Kam. Djeuh.*; 2) Labiis decerpsit surculos *de arbore c.* من. *Kam.*; *inde* 3) Comedit, voravit *rem c. a. r. Kam. Djeuh.*; 4) *F. i. n. a.* رِمٌّ, رِمَّةٌ, رَمِيمٌ Computruit, cariosus evasit *de osse. Kam.* IV Tritus, vetustus fuit. *Praet.* أَرَمْتُ *pro* أَرْمَمْتُ *in his traditione ad nos perlatis verbis* يا رسول الله كيف تُعْرَض صلوتنا عليك وقد أَرَمْتَ; Cariosum fuit os. *Kam.*; Medullosum fuit (*os*). *Kam. Dj. Hinc dicitur* لا يُرِمّ منها ضَرْب Ossibus fractis nil reperietur medullae *de ove macra. Dj.*; *item* Siluit, conticuit. *Kam. Dj.*; Propensus fuit *in lusum c.* الى *r. Kam.* V Rosit *os.* (*Pro* تفرّق *editionis Kamusi Calcutt. legatur* تعرّق.) VIII Labiis decerpsit: *pec.* surculos *de arbore c.* من, *vel* gramen, *et* Comedit, voravit *rem c. a. Dj.*; Ossium reliquias edit; Gibbosus fieri coepit *pullus camelinus. Kam.* X Restauratione opus habuit *murus. Kam. Dj.*; Reparare voluit. *Gol. ex Mar.*

رَمٌّ Cura, sollicitudo. *Kam.* ما لى عنه حم ولا رم Non possum hoc effugere. *Djeuh.*; *item* Fugitivus. *Gol. ex Mar.*

رِمٌّ Terra humida. *Dj.*; Medulla ossis. *Kam. Dj. Componuntur voces* طِمّ *et* رِمّ *ad significandas* res marinas et terrestres, *vel* humidas et aridas, *vel* terram et aquam, *vel* multas opes. *Inde dicitur* جاء بالرِمّ والطِمّ. *Vox* رِمّ *significat* Res, quas aufert aqua; Partes herbarum in terrae superficie dispersae. *Coll.* Ossa cariosa.

رُمٌّ. *Dicitur* ما لى منه حم ولا رم Hoc effugere non possum. *Djeuh.* ما له حم ولا رم Non est illi quicquam. *Gol. ex Mar.*

رِمَمٌ Vetustus, lacerus *funis. Kam.*

رِمَامٌ *Id. Kam.*

رُمَامٌ Cariosus. *Kam.*

رَمِيمٌ *comm. gen.* Cariosus *de osse. Kam.*

رِمَّةٌ Pars funis vetusti ac triti. (*Vox* بال *necessario addenda ex Kamusi exemplaribus excidit*). *Kam.*; *et Pl.* رِمَمٌ, رِمَامٌ Cariosum os. *Kam.*; Teredo. *Kam.* (*Hanc significationem dialecto propriam esse, adnotavit Ibn-Doraidus in Lexico suo.*) Formica alata. *Kam.*; Os in quo medulla est. كتاب الاضداد.

رُمَّةٌ *Pl.* رُمَمٌ *Kam.*, *et* رِمَامٌ *Djeuh.* Pars funis vetusti trive. (*Vox* بال *necessario addenda ex Kamusi exemplaribus excidit*). *Kam. Dicitur* فى راس الوتد رمة. Funis, quo ligatur quadrupedis collum; *inde loquendi modus ortus:* اعطه برمته Dedit illam rem totam. *Dicitur*

دفعة الله برمته. *conf. Harir. p.* 229. ذو الرمة Dsul' Romma, cognomen poetae. *conf. Harir. p.* 280. Frons; Nomen magnae planitiei, in quam effunduntur plures fluvii in regione Nedjd sitae. *Inde proverbium ortum* كل بني يحسبني الا الجريب فانه يربيني. *Djoraib enim nomen est magni fluvii, qui effunditur in illam planitiem.* (*Interdum* رمة *effertur.*) *Kam.*

رماء Alba ac candicans *ovis. Dj.*

آرمة *Pl.* رمم Ingeniosa, prudens *de puella. Kam.*

رمامة Res sustinendae vitae sufficiens. *Kam.*

أرمام *Prop. Plur.*; *sed dicitur* حبل أرمام Vetustus putridusque funis. *Kam. conf. Harir. p.* 519.

ناقة مرم Camela medulla plena habens ossa. *Kam. Dj.*

مرمة *et* مرمة Labium omnis animalis bifidam habentis ungulam. *Kam. Dj.*

مرمات Infortunia, mala. *Kam.*

مراميم Sagittae concinnatae plumis. *Kam.*

رما *F. a. n. a.* رمء, رموء 1) Substitit, commoratus fuit aliquo loco *c.* ب, *de camelis. Kam. Dj.*; 2) Auctus fuit, excrevit, *supra centum c.* على. *Kam.*; 3) Credidit, verumque habuit nuntium *c. a. Kam.* IV Auctus fuit, excrevit *supra centum c.* على. *Kam.*; Accessit, appropinquavit *alicui c.* الى *p. Kam.*; Usuram cepit, proiecit *pro* رمى. *Gol. ex Mar.*

مرمآت Vanae et inanes res. *De rumoribus falsis adhibetur. Kam.*

رمث *n. a.* رمث Concinnavit manu palpans *rem c. a. r. Kam. Dj.* b) رمث 1) Perplexum confusumque fuit *negotium. Kam.*; 2) *n. a.* رمث Male habuit ex pabulo رمث appellato *camelus. Kam.* II *n. a.* ترميث Superavit quinquaginta *c.* على. *Kam.*; *n. a.* ترميث Reliquit lactis aliquid *in ubere c.* في *ub. Kam. Djeuh.* IV Reliquit lactis aliquid *in ubere c.* في *ub. Kam. Dj.*; Pepercit *opibus suis* partem earum relinquens *c.* في *r. Kam.*; Praecelluit *aliquem aliqua re c.* على *p. et* في *r. Kam.*; Emollivit *rem c. a. r. Kam.* X Pepercit *opibus* partem earum relinquens *c.* في *r. Kam.*

رمث Species pabuli camelini ad genus حمض pertinens. *Kam. Dj.*; Arbor similis arbori غضا appellatae. *Kam.*; Tritas lacerasque vestes indutus *vir. Kam.*; Corpore infirmus, debilis *de viro. Kam.*

رمث *Pl.* أرماث Ratis ex lignis compacta, qua mari navigatur. *Kam.*; Reliquiae lactis in ubere. *Kam. Dj.*; Excellentia, praestantia. *Dicitur* لفلان على فلان رمث. Lorum, quo suspenditur uter butyro e lacte eliciendo destinatus. *Kam.*

رمثة, رمثى *et* ابل رمثى Ex pastu herbae رمث male habentes cameli.

رمثاء (*Fem. vocis* أرمث) In qua pabulum رمث appellatum provenit *terra. Hamas. p.* 99.

رماثة Vacca sylvestris. *Kam.*

أرماث Vetustus tritusque *funis. Kam. Plur. vocis* رمث *praecedentis.*

مرمثة Plantas رمث appellatas producens *terra. Kam.*

مرموثاء Confusio rerum. *Dicitur* هم في مرموثاء.

بئر مرموثة Puteus cuius locus, ubi stant haurientes, ligno constat (*i. e.* lapidibus exstructus non est). *Kam.*

رمج *n. a.* رمج Merdam excrevit *de ave. Kam.* II *n. a.* ترميج Delevit scripturam. *Kam.*

رامج Avis, quam venatores ponunt in medio decipulae ad capiendas aves rapaces. *Kam.*

رماج Internodia in hastae arundine. *Kam.*

رمح *F. a. n. a.* رمح 1) Confodit lancea رمح dicta *aliquem c. a. p. Kam. Dj.*; 2) *F. a.* Calcibus cecidit *aliquem c. a. p.*, *equus*, *asinus*, *mulus. Kam. Dj.*; 3) Glaream pedibus percussit *locusta. Kam. Dj.*; 4) Splenduit *fulmen. Kam.*

رمح *Pl.* رماح *et* أرماح Lancea *qua utuntur ad percutiendum*, *non ad coniiciendum. Kam. Dj.*, *et nonnisi ea, quae ferro suo munita est. De Sacy Chrest. Ar. T. II. p.* 332 *ed. alt.* الرامح Stellae η nomen in sinistro crure Bootis. *conf. Ideler Unters. p.* 46. 57. نسرت بينهم رمح Inimici facti sunt. ذو الرمحين Amrui ben-Almoghirah cognomen quod longos habebat pedes; *item* Malici ben-Rabiah ben-Amr qui duas lanceas manibus tenens pugnasse dicitur. *Kam.* رماح الجن Pestis. *Kam.* رماح العقرب Aculei in cauda scorpionis. *Kam.* اخذت الابل رماحها Pingues evaserunt cameli, *vel* Abundarunt lacte (*quasi*

ne mactentur, eo impediturae). Kam. Dj.; Paupertas, egestas. *Kam.*

رامح Lanceam habens eave armatus. *Kam. Dj.*; Duo cornua habens *taurus. Kam. Dj.* السماك الرامح Arcturus (*propter stellam praecedentem ipsum, quae dicitur lancea eius, ita appellatus. Kam. Dj.*; *tum et simpliciter appellatur* الرامح. *conf. Ideler Untersuch. etc. p.* 51.

رموح Calcitrosum *iumentum.* (*Gol. ex Kam.*; *sed non inveni vocem.*)

رميح *Deminut. vocis* رمح; *inde* Veretrum maris. *Kam.* ذو الرميح Species muris agrestis (يربوع) duobus longioribus pedibus praediti. *Kam. Domair.* اخذ فلان رميح ابي سعد Quidam ob decrepitam aetatem scipione nixus est. *Kam.* (*Nempe* ابو سعد *aut cognomen Locmani est aut senectutis, aut Mortsadi ben-Sad cuiusdam ex Additis.*) *Tum* رميح Nomen plantae Resedae tetragynae, *apud Forsk. Fl. Aeg. Arab. p.* LXVII *et* 92.

رماح Lancearum confector. *Kam. Dj.*

رماحة Ars conficiendi lanceas. *Kam. Dj.*

رماحة Vehementer sagittam impellens *de arcu. Kam.*

أرمح Magis calcitrans. *Vit. Tim. T. I. p.* 178 *ed. Mang.*

رماحس Strenuus, audax. *Kam.*

رمخ Arbores in unum locum congregatae. *Kam.*

رمخة Arbores رمخ appellatas depascendi cupida et huic rei dedita *ovis. Kam.*

رمخة *Pl.* رماخ, رمخ *tum* رمخة *Pl.* رمخ Dactylus immaturus بلح appellatus. *Kam.* *Haec vox tribui Thai propria est. Ibn-Doraid. Lexic.*

أرمخ Dactylos immaturos رمخ appellatos tulit *palma. Kam.*; Facilis et obsequens factus est (*homo refractarius*). *Kam.*; Senuit, *aliis* Pingue evasit *iumentum. Kam.*

رمد *F. o. et i.* 1) Hostili incursione invasit *gentem*, exitium inferens *c. a. p. Dj.*; 2) *F. i.* Interiit grandine, pruina, *grex. Kam.* b) رمد *n. a.* رمد Dolore correptus fuit, lippitudine laboravit *oculus. Kam. Dj.* II *n. a.* ترميد Imposuit cineribus *rem c. a. r.*; Iniecit in cineres iisque inquinavit; *et* Ante foetum in uberibus lac habuit *camelus, vacca, ovis. Kam. Dj.*; *n. a.* ترميد Extensa et magna habuit ubera *pecus. Meid.* IV Ante foetum lac in uberibus habuit *camela. Kam. Dj.*; Pauper evasit. *Kam. Dj.*; Anno sterili et pecorum interitu affectus fuit *populus*; Oculorum dolore, lippitudine affecit *aliquem Deus c. a. p. Kam. Dj.* IX Dolore correptus fuit, lippitudine laboravit *oculus. Kam.*; Cinereo colore fuit. *Gol. ex Mar.*; Celerrime cucurrit. *Diw. Huds.*

رمد Interitus. *Dj.*

رمادة Interitus, *pec.* pecorum, qui grandine aut pruina fit. *Unde* عام الرمادة *dictus fuit* annus sub Ohmari principatu, quo homines et pecora perierunt. *Kam. Dj.*

رمد Ex oculis laborans, lippus. *Kam. Dj.*; Putridus (*de aqua*). *Kam. Dj.*

رماد Cinis. *Kam. Djeuh.*, *et ut* κονία lixivium. *Gol.*; Res omnis vilis, quae in censum non venit. *Reisk. ad Gol.*

رمدد, رمديد Multus, valde tenuis. (*Voci* رماد *additur vis significationis augendae causa.*) *Aliis* periens (*a significatione cineris derivata significatio*). *Dicitur* رماد رمدد. *Kam. Dj.*

رمدة Pars reliqua rei exigua. *Inde dicitur* ما تركوا الا رمدة حتان Eorum nonnisi tantum remansit, quo manus tuas fricares, tum quod a manibus remotum in aërem flando dispergeres. *Kam.*

عين رمدة Oculus lippitudine affectus. *Dj.*

رمديد *Idem quod* رمدد.

رميد Nomen plantae Euphorbiae fruc. dichot. *et quoque* thymifoliae. *Forsk. Flor. Aeg. Ar. p.* CXIII *et* 94.

رمداء Cinis. *Kam. Dj.*

أرمد *F.* رمداء *Pl.* رمد Cinereo colore praeditus. *Kam. Dj.* الرمداء Struthiocamelus *ob colorem pulvereum*; *et ita* الرمد Culices. *Kam. Dj.*; *tum* Multus, valde tenuis. (*Voci* رماد *additur vis significationis augendae causa.*) *Aliis* periens (*a significatione cineris derivata significatio*). *Dicitur* رماد أرمد. *Kam.*; Lippitudine laborans. *Kam. Djeuh.*

أرمداء Cinis. *Kam.*

مُرْمِدٌ Lippus. (*Falsus est in editione Kamusi Calcutt. vocis scribendae modus* مُرْمَدٌ.)

مُرَمَّدٌ Prunis cineribusque impositum assandum. *Dj.*

مُرْمَئِدٌ In negotiis perficiendis bene versatus eaque ad finem perducens *homo*. *Kam.*

رَمَرَامٌ Herba pulveris habens colorem. *Kam.*; Species arboris. *Dj.*; Pabulum temporis verni. *Dj.*

تَرَمْرَمَ Movit os ad verba facienda sed locutus non est. *Kam.*

رَمَزَ 1) *F. o. et i. n. a.* رَمْزٌ, رَمَزٌ Innuit, indicium fecit *aut* motis labiis *aut* oculis *aut* superciliis *aut* ore *aut* lingua *aut* manu. *Kam. Dj.*; 2) *F. o.* Vix potuit movere se *camela* prae gravitate corporis aut obesitate. *Dicitur* ناقة ما تكاد ترمز. 3) *n. a.* رَمَزَانٌ Assilivit *dorcas*. *Kam.*; 4) Non contentus pastore commisit alii *c. a. gregis*. *Kam.*; 5) Replevit *utrem c. a. Kam.*; 6) Adegit, impulit *ad rem c. a. p. et* ب *r. Kam.* b) رَمُزَ 1) Multum mobilis fuit; 2) Intelligens, prudens fuit; 3) Nobili stirpe oriundus fuit; 4) Gravis, dignitate pollens fuit; 5) Honoratus, magni habitus fuit; 6) Angustus animo fuit. *Kam.* II Dextrorsum, sinistrorsum versavit, motitavit. *Reisk. ad Gol.* V Conturbatus et inquietus fuit *propter rem c.* من *r. Kam.*; Commoti sunt (*homines*) suo loco, surrecturi aut propter rixam. *Kam.*; Paratus, promtus fuit. *Kam.*; Vehementer pepedit. *Kam.* VI Comedit panem cum uvis. *Gol. ex Gl. Mar.* VIII Inquietus ac conturbatus fuit *propter rem c.* من. *Kam. Dj.*; *Pl.* Commoti sunt (*homines*) suo loco, surrecturi aut propter rixam. *Kam.*; Contremuit. *Gol. ex Mar.* XI ارْمَأَزَّ (*In hoc Hamza est singulare, quod saepius observatur; sed accensere licet hanc formam quadrilitteris; quod tamen minus probandum videtur*) Cessavit esse aliquo loco; *et contra* Affixus fuit, adhaesit loco. *Kam.*; Contractus fuit ut rugas haberet *vir*. *Kam.*; Motus fuit, commovit se. *Dicitur* ضربة فما ارماز. *Dj.*

رَمْزٌ *Pl.* رُمُوزٌ Subtile signum; Aenigma. *In arte rhetor.* Quod aliquis modo occulto indicat quasi nutu rem propinquam (*hoc spectat ad metonymiam* كناية). *conf. Al-Mookhtusur. p.* 562 *sq.*

ابل رُمْزٌ (*videtur a singulari* رَمِيزٌ) Pingues cameli. *Kam.*

رَمِيزٌ Multum se movens. *Kam.*; Intelligens, prudens. *Kam.*; Nobili stirpe oriundus, *tam de hominibus quam de caeteris animalibus*. *Kam.*; Gravis, dignitate pollens. *Kam.*; Honoratus, magni habitus. *Kam.*; Angustus animo (*ut minimam ob causam perculsus et perturbatus sit*). *Dicitur* هو رميز الفؤاد. Multus. *Dicitur* درهم رميز.

رُمَّيْزٌ Baculus. *Kam.*

رَامُوزٌ Mare. *Kam. Dj.*; Stirps, origo. *Kam.*; Typus et exemplar rei, cui aliquid simile efficitur. *Kam.*

رَمَّازَةٌ Meretrix (*quae multum oculis innuit*). *Kam. Dj.*; Podex. *Kam. Dj.*; Cohors magna prae multitudine in lateribus commota et perturbata. *Kam. Dj.*; Adeps in oculo genu (في عين الركبة). *Kam.*

تَرَامِزٌ Validus valdeque robustus. *Kam.*

رَمَسَ 1) *n. a.* رَمْسٌ Petivit, iaculatus fuit *aliquem lapide c. a. p. et* ب *r. Kam.*; 2) *n. a.* رَمْسٌ Occuluit, celavit *alicui nuntium c. a. et* على *p. Kam. Dj.*; Terra operuit *sepulcrum*. *Kam. Dj.*; Humavit *c. a., pec.* sepelivit *mortuum c. a. Kam. Dj.* VIII Immersus fuit in aquam. *Kam.*

رَمْسٌ *Pl.* رُمُوسٌ, أَرْمَاسٌ Terra sepulcri. *Kam. Dj.*; Sepulcri locus. *Kam. Dj.*

رَامِسٌ Vespillo. *Abulfed. Ann. T. III. p.* 164.

الرَّوَامِسُ *et* الرَّامِسَاتُ Venti pulvere sparso delentes vestigia. (*Pro* الدوافن للآبار *in Kamuso Calcutt. non dubito, quin legendum sit* الدوافن للآثار.) *Kam. Dj.*; Aves noctu volantes; *aliis* Omnia animalia quae prodeunt noctu. *Kam.*

رَامُوسٌ Sepulcrum. *Kam.*

تُرْمُسٌ *Coll. a Graeco* θέρμος Lupinus. *Gol. ex Beith.*

مَرْمَسٌ Sepulcrum, eiusve locus. *Kam.*

رَمَشَ *F. i. o. n. a.* رَمْشٌ 1) Petivit *lapide c. a. p. et* ب *r. Kam.*; 2) Parum tantum pavit *oves et capras c. a.* (*In editione Kamusi Calc. legitur* وان تَرْعَى الغَنَمُ شيا يسيرا Parum tantum pastus est grex; *sed dubito quin rectus sit scribendi modus; videtur enim legendum* وان تَرْعَى الغَنَمَ شيا يسيرا.) 3) Palpavit manu et extremis cepit digitis *c. a. r. Kam.* IV Fronduit *arbor*. *Kam.*; Arctatis admodum oculis, quum debiles essent, intuitus fuit. *Kam.* (*Pro* طرق *editionis Kamusi Calcutt. legatur* طرف.) Paulatim ob infirmitatem oculorum lacrymas emisit. *Kam.*

رَمْش Fasciculus fragrantium herbarum et florum. *Kam.*

رَمَش *i. q.* ربش Maculae albae in unguibus hominum apparentes. *Kam.*; Conditio capillorum crisporum. *Kam.*; Rubedo palpebrarum dum emanat humor. *Kam.*

أَرْمَش *Fem.* رَمْشَاءُ Palpebras rubras, dum aqua effluit, habens. *Kam.*; Colore vario praeditus. *Kam.* أرض رمشاء (*conf.* ربشاء) Herbis abundans terra; *et contra* Sterilis terra. *Kam.*

مِرْمَاش Multum circumvertens oculos; *aliis* Multum motitans oculos adspiciendo. *Kam.*

مُرَمِّش Corruptos habens oculos; *sc.* cum palpebrae rubicundae et humore madentes non sanantur. *Kam.*

رَمَصَ *F. o. n. a.* رَمْص 1) Reparavit *noxam* ab infortunio illatam *Deus c. a. Kam. Dj.*; 2) Pacem fecit *inter aliquos c.* بين *p. Kam. Dj.*; 3) Stercus excrevit *gallina*; *inde* Peperit, enixa fuit (*fera*). *Kam.* *Grammaticus Ebn-Alsiccit refert, existere hunc loquendi modum inter homines*: قبح الله اما رمصت به Opprobrio afficiat Deus matrem, quae eum peperit. *Dj.*; 4) Acquisivit. *Kam.* b) رَمِصَ Albis ac viscosis in hirquis sordibus laboravit *oculus. Kam. Dj.*

رَمَص Albae in oculorum hirquis sordes, quae non sunt fluidae. *Kam.* (*De fluentibus adhibetur* غمص. *Dj.*)

رَمُوص Stercus excernens *gallina* (*sine femin. signo*). *Kam.*

أَرْمَص *Fem.* رَمْصَاءُ Excrementis oculi viscosis laborans *de homine. Kam. Dj.*

رَمَضَ *F. i. n. a.* رَمْض Diffissam *ovem*, et cum pelle impositam ignito lapidi, fervidisque iniectis cineribus, assavit *c. a. Kam. Dj.*; 2) Pavit in torrido campo *gregem c. a. Kam.*; 3) *F. i. et o.* Contudit inter duos lapides laeviores *cuspidem teli*, attenuandi acuendique ergo *c. a. Kam. Dj.* b) رَمِضَ *n. a.* رَمَض Torruit vehementi ardore *sol arenas, lapides etc. Kam.*; Ferbuit *dies* solis ardore. *Kam. Dj.*; 2) Ustos habuit pedes ex fervente solo. *Kam.*; Urente sole pastus fuit, et inde iecora ulcerata habuit *grex. Kam. Dj.* II *n. a.* تَرْمِيض Sibi proposuit (*ieiunium*) *c. a. r. Kam.*; Pavit in torrido campo *gregem. Kam.*; Praestolatus paulisper abiit *c. a. p. Kam. Dj.* IV Combussit *c. a. Kam.*; Afflixit noxa *ardor solis c. a. p. Kam., terra torrens. Dj. Inde dicitur quoque* أرمضه الامرُ Noxa affecit eum res; *tum* Pavit in torrido campo *gregem c. a. Kam.*; Dolore affecit *c. a. p. Kam.* V Tempore meridiei venatus est *dorcadem c. a. Kam. Djeuh.* (*nempe persequendo donec solum ardens pedes eius afflixerit et ipsa capi posset*); Noxam passus est aestu; Turbata, male affecta fuit *anima. Kam.* VIII Ustus fuit (*igne, tristitia*); Consiliit ex aliquo loco *cum equite suo equus c.* ب *p. Kam.*; Contabuit, corruptum fuit *iecur. Kam. Dj.*; Multum afflictus et perturbatus fuit *aliqua re c.* من *r. Kam. Dj.*; Condolens misertus fuit *alicuius c.* ل *p. Kam. Dj.*

رَمْض Fervor a sole excitatus in arenis *etc. Dj.*

رَمِض *Fem.* ة Ferventibus solis ardore lapidibus tecta *terra. Dj.* الرَمِضة Mulier, cuius femora unum ab altero defricantur. *Kam.*

رَمِيض *F.* ة Acutus inter lapides redditus (*conf.* رمض) *culter. Dicitur* شفرة رميض *et tum de omni re acuta. Dj.*

رَمْضَاءُ Sole fervens, torrida terra. *Dj.*; Parvi lapides. *Reisk. ad Gol.*; Terra parvis lapidibus abundans. *Diw. Djerir.*

رَمَاضَة Acies *cultri. Kam.*

رَمَضَان *Pl.* رَمَضَانَات, رَمَضَانُون, أَرْمِضَة *et rarius* أَرْمُض Anni Arabici mensis nonus *ita appellatus, quia tempore, quo nomen antiquum mutabatur, hic mensis in summum anni aestum incidit,* a u t *quia ieiunium istius mensis ventrem torret,* a u t *quia peccata hic mensis delet. Quod si autem opinio eorum, qui nomen Dei hac voce significari statuunt, vera est, vox ipsa aut non derivata aut tanquam a significatione* delere, *ut sensus sit* peccatorum condonator, *deducta censeatur*; Arena sole resplendens seu exusta. *Gol. ex Gl. Mar.*

رَمَضِيّ Exeunte aestate et ineunte autumno proveniens *de pluvia vel nube. Kam.*

مَرْمَض Locus, ubi assantur carnes cum pelle lapidi ignito impositae cineribusque tectae. *Dj.*; Locus, cuius arenae calidae sunt. *Meid. Harir.*

مَرْمُوض Tosta cum pelle et lapidi ignito imposita et cineribus tecta *caro. Dj.*

رَمَطَ *F. i.* Vituperavit, probrosis lacessivit verbis *aliquem c. a. p. Kam.*

رِمْط Plantae amariores, pabulum camelorum, congestae (*aut rectior est scribendi modus* رِخطة).

رمع F. a. n. a. رمعان 1) Motus fuit ira *nasus alicuius*, tremuitque. *Kam. Djeuh.*; 2) Innuit *manibus suis c.* ب. *Kam.*; 3) Commovit, quassitque *caput suum c. a. Kam.*; 4) Peperit, enixa fuit *infantem c.* ب *p. Kam.*; 5) Manavit *lacrymis oculus c.* ب. *Kam.*; 6) *n. a.* رمع *et* رمعان Celeriter incessit. *Kam.* b) رمع *n. a.* رمع Pallida facie fuit ob morbum in clitore pudendi *mulier. Kam.*; 2) Dolore in dorso afflictus fuit *aquam hauriens*, ita ut haurire non posset. *Kam.* II Morbo clitoris affecta pallidam habuit faciem *mulier. Kam.*; *n. a.* ترميع Abortavit *de fera. Kam. Pass.* Morbo in clitore affecta pallidum faciei colorem accepit *femina. Kam.* V Commotus fuit. *Kam. Djeuh.*; *vel* Tremuit prae ira. *Kam.* دعه يترمع في ضمته Sine eum perseverare in errore (*pro* يتكسع *editionis Kamusi Calc. legatur* يتسكع), vel sine ut se stercore suo inquinet. *Kam.*

رمع Morbus clitoris, quo feminae facies pallida fit. *Kam.*

رامع Qui modo demittit caput modo tollit. *Kam.*

رمع In dorso haurientis aquam dolor, qui eum, quominus hauriat, impedit. *Kam.*; Morbus clitoris, quo faciei color in femina mutatur et pallidus fit. *Kam.*

رمعة Pars, segmentum *plantae aliusve rei. Kam.*

رماعة Bregmatis pars, quae in infantibus se movet. *Kam.*; *item* Podex. *Kam. Dj.*; *unde dicitur* كذبت عليه رماعة Pepedit.

مرمعة Desertum. *Kam.*

مرمعات Ludicra ac vana *rumorum. Dicitur* اتى بمرمعات الاخبار. *Kam.*

يرمع *Pl.* يرامع Turbo, quo pueri ludere solent. *Kam.*; Lapides molles, qui fricando dissolvuntur. *Kam.*; Lapides albi, tenues, splendentes. *Dj.*; *inde de tristi dicitur* تركته يفت اليرمع.

ارمعل 1) Salivam ex ore manantem habuit *infans. Kam. Dj.*; 2) Pinguedine stillavit *assata caro. Kam. Dj.*; Cum festinantia, celeriter incessit. *Kam.*; Magna voce clamavit *vir. Kam. Dj.*; Disgregati sunt *cameli. Kam.*; Recto ductu usus fuit. *Dj.*; 3) Consequenter manarunt *lacrymae. Kam. Dj.*; 4) Maduit *vestis. Kam.*; Valde humidum fuit *corium. Kam.*

ارمعن Manavit *lacryma. Kam.*

رمغ Manu fricuit, *uti corium c. a. Kam.* II *n. a.* ترميغ Composuit, ut singulae partes cohaererent, *sermonem*; Delibutum reddidit, inunxit *caput*; Condivit obsonio *cibum c. a. Kam.*

ارمغل *i. q.* ارمعل.

مرمغل Madefacta, ut concinnetur, *pellis. Kam.*

رمق F. o. 1) *n. a.* رمق *et* رمقان Leviter intuitus fuit *c. a. p. Kam. Dj.*; 2) *n. a.* رموق Semper occulto adspexit. II (*ut* رنق) *n. a.* ترميق Continuo intuitus fuit. *Dj.*; Exspectavit. *Meid.*; Non bene peracta a se re contentus fuit *c. a. r. Kam.*; Bene disposuit, ut singulae eius partes cohaererent, *sermonem c. a. r. Kam.*; Paulatim adhibuit, sumsit. *Kam.*; Sensim sensimque bibit. *Inde proverbium* رمّدت المعزى فرمّق رمّق Paulatim bibe lac caprae, nam illa mox pariet. *conf.* ربق. *Kam.* III Non bene firmavit *rem c. a. r. Kam. Dj.* هذه النخلة ترامق بعرق Haec palma una tantum radice nutrita nec viget neque moritur. *Kam. Dj.* IV *pro* ارنق Turbidam reddidit *aquam. Gol. ex Gl. Mar.* V Paulatim bibit, sorpsit *lac*, *aquam c. a. r. Kam. Djeuh.* IX Tenuis fuit *adeps. Kam.*; Infirmus fuit *de fune etc. Kam. Dj.*; Periit *grex. Kam.* XI Infirmus fuit *funis. Kam. Dj.*; Macie periit *vir. Kam.*

رمق *Pl.* ارماق Extremus vitae spiritus in corpore superstes. *Kam. Dj.*; *a Pers.* رمه Grex *ovium. Kam. Dj.*

رمق Ad extremum vitae spiritum ducendum sufficiens *victus. Dicitur* عيش رمق. *Kam. Dj.*; *item pro* رونق Pulcritudo, Lucidus, clarus. *Gol. ex Gl. Mar.*

رامق *Pl.* رمق Invidus. *Kam.*; Pauper; In decipula posita, ut decidens in eam capiatur *avis*, *accipiter. Kam.* (*Videtur nonnullis vox exotica. Cod. Lugdun. de vocibus exoticis*); Limis ac inimico intuitu adspiciens. *Harir.*

رماق Hypocrisis. *Kam.*; Intuitus irati more limis oculis dextrorsum vel sinistrorsum flexis. *Kam.*; Angustus *de vita. Kam.*

رمق Debilis, impotens. *Kam.*

رماق, رماق Quantum vitae modo sustinendae satis est, ut extremus vitae spiritus ducatur. *Kam. Dj. Dicitur* ما في عيشه الا رماق.

رمقة *Pl.* رمق *Id. Kam. Dj. Meid.*

رموق *Pl.* رمق Pauper, cui ad vivendum vix satis est, ut extremum vitae spiritum quasi ducat. *Kam.*

أرماق Infirmus *funis. Kam. Dj. Dicitur* حبل ارماق.

مرامق Is, in quo parum superest erga te amoris aut benevolentiae. *Kam.*

مرمق *et* مرمق Angustiorem agens vitam *vel* vilibus rebus utens. *Dicitur* هو مرمق العيش. *Kam. Dj.*

يرموق Hebes visu (*de viro*). *Kam.*

رمك *F. o. n. a.* رموك Substitit constititque *aliquo loco c.* ب *l. Kam.*; Substitit, commoratus fuit *ad aquam camelus c.* على *l. Kam.* IV Subsistere, consistere *aliquem aliquo loco* fecit *c. a. p. Kam.* IX Tenuis fuit; Extenuatus et macer fuit. *Kam.*; *et* Cinereo praeditus colore fuit *camelus. Kam. Dj.* X E turpi familia originem duxit. *Kam.*

رمكى Sciaenae species obsoletae flavo-violaceo-lineatae *apud Forsk. descript. anim.* XII, 53.

رامك *et* رامك Res ex aliis rebus composita, nempe atramento sutorio, mali Punici cortice, gummi Arabico aliisque rebus, quibus admisceri solet muscus. *Kam. Est medicamenti nomen, cuius utilitatem describit Avicenna L. II. p.* ٢٥٣. *conf. Plempius Abu-Ali Ibn-Tsina Canon medicinae. L. II. p.* 270. (*Apud Avicennam* رمك *scriptum legitur.*) رامك Eodem consistens loco, non prodiens *vel proprie de* labore et molestia presso *viro. Kam.*

رمكة Cinereus color in camelis. *Kam. Dj.*, ex nigro ruber, pullus. *Gol. ex Mar.*

رمكة *Pl.* رماك, رمكات, *tum* رمك, *et inde Plur.* أرماك Equa, quae adhibetur ad pullos educandos, *pec.* vilioris generis ad onera portanda adhibiti. *Kam.* (*ex Pers.* رمه; *rectius igitur scribitur* رمك, *quum per se sit femininum. Male vulgus huic addidit signum feminini. Cod. Lugdun. de vocibus exoticis*); Vir debilis. *Kam.*; Magna camela. *Gol. ex Gl. Mar.*

أرمك *Fem.* رمكاء Cinereo colore praeditus *de camelis. Kam.*

رمل *n. a.* رمل 1) (*a* رمل) Infecit arena *triticum c. a. r. Kam.*; 2) Inquinavit sanguine *vestem c. a. r. Kam.*; 3) Tenuem fecit *texturam c. a. r. Kam. Dj.*; 4) Funibus ex foliis palmae contortis facta textura operuit *solium c. a. r. Kam. Dj.*; 5) Geminas similesque res intexendo ornavit *thronum etc. c. a. r. Kam.*; 6) *n. a.* رمل, رملان *et* مرمل Properanter incessit, medio modo inter simplicem incessum et cursum (هرول). *Kam. Dj. Inde dicitur* رملت بين الصفا والمروة; 7) *n. a.* رمل, Pluviae inopia laboravit *annus. Gol. ex Mar.* II Tenuem fecit *texturam c. a. r. Kam.*; Vidua facta est (*femina*). *Kam. Dj.*; Adulteravit *rem c. a. r. Kam.* (*Quae in editione Kamusi Calcutt.* الترميل الترنيف *leguntur, falsa esse puto; legendum* الترميل التزييف); Inquinavit *sanguine c.* ب *r. et a. r. Dj.* IV Tenuem fecit *texturam c. a. r. Kam. Dj.*; Funibus ex foliis palmae contortis facta textura operuit *solium c. a. r. Kam. Dj.*; Sanguine infecta fuit, contaminata fuit *sagitta. Kam.*; Extendit, longum effecit *funem c. a. r. Kam.*; Vidua (ارملة) evasit *mulier. Kam.*; Commeatu destitutus fuit. *Kam. Dj.*; Absumpsit *commeatum. Kam.*; Pauper, egenus fuit. V Inquinatus fuit *sanguine c.* ب *r. Dj.* VIII Inquinatus fuit *sanguine c.* ب. *Dj.*

رمل *Coll. nom. unit. c.* ة *Pl.* رمال, أرمل Arena. *Kam. Dj.* ام رمال Hyaena. *Dj.*

رمل Funes in longum exporrecti, qui texendis storeis similibusve inserviunt.

رمل Genus metri Arabici compositi pede فاعلاتن — ‿ — — sexies repetito *a celeriore motu, aliis a texendo. conf. Darstellung der Arab. Verskunst. p.* 136. 236 *sqq.*; *tum quoque usu technico* Poesis non bene composita, ut verba non placeant *ibid. p.* 530; *Aliis* Poesis, quae neque ei, cui nomen est قصيدة, nec ei, quae رجز appellatur, accensenda est. *Kam.*; Scientia, cuius ope signis obscuris adhibitis fatum alicui explicatur (*conf.* عقلة, منكوس, قبض, *quae huius artis voces esse videntur*); Pluvia pauca. *Kam.*; Augmentum *rei. Kam.*; *item* Lineae in pedibus vaccae sylvaticae, colorem a reliquo pede diversum habentes. *Kam. Dj.*

رمال Pars texta *strati. Dicitur* ما احسان رمال هذا الحصير.

رمل *i. q.* رمل *scil.* Paucitas pluviae.

رملة *Nom. unit. ab* رمل *aut* Cumulus arenaceus; *item* Nomen oppidi in Palaestina, *vulgo* Ramula.

رملة *Pl.* رمل *et* أرمال Nigra linea, stria. *Kam.*

رمال Sortilegus, utens re رمل appellata.

رملية In arenis iter faciens camela.

أرمل *Fem.* أرملة *Pl.* أرامل *et* أراملة Innuptus, caelebs (*nec vero de caelibe femina divite dicitur* أرملة, *sed tantum-*

modo de paupere). *Kam. Dj.*; Egenus, pauper, *pec.* carens commeatu; *aut* Pauper *i. e.* qui nullas aut paucas res possidet. *Kam. Dj.* الأَرْمَلَة Rebus necessariis destituti, debiles viri. *Kam. Dj.* *Fem.* رَمْلَاء Pluvia et fertilitate carens *annus*. *Kam. Dj.* *Fem.* رَمْلَاء Nigros pedes, reliquum vero corpus album habens. *Kam.*

أُرْمُولَة *Pl.* أَرَامِيل، أَرَامِل Rami de arbore عَرْفَج resecti pars, in stipite reliqua; Caelebs *iuvenis*. *Kam.*

مِرْمَل Compedum species parva. *Kam.*

مُرْمِل Leo. *Kam.*; Pauper. *Harir. p.* 47.

خَبِيص مُرْمَل Cibus ex dactylis cum cremore lactis mixtis constans, in quo sunt multae plicae et rugae. *Kam.*

مُرَمِّل Leo. *Kam.*

مُرَمَّلَات Viduae. *Jac. Schultens. ad Gol.*

يَرْمُول E foliis palmae tenuiter texta res. *Kam.*

رُمَّان *nom. gener.*, *cuius nomen unit. c.* ة Malum Punicum. *Tres sunt species aut dulcem aut acidum aut ex dulci et acido saporem mixtum habentes. Modi autem sunt harum specierum diversi, qui diversis distinguuntur nominibus, ex. gr.* رمان، رمان المرسى، رمان القسطنطينى، رمان المروني، رمان الترحين، رمان الخزائني، العدسى، *qui ad speciem dulcium pertinent, tum* رمان شعرى Dulce et corticem tenuissimum habens. رمان امليسى Malum Punicum maximum, esu gratissimum et acinorum expers. رمان الدوارى، رمان الدلوقى، رمان النسحى *sunt* minoris magnitudinis, formae rotundae. رمان السفرى Malum Punicum magnitudine et sapore praestantissimum a viro Sefri dicto ita appellatum, quod e Syria Cordubam regnante Abd-Alrahmano hanc speciem transtulerat. *Casiri Bibl. Ar. Hisp. T. I. p.* 329. *Avicenn. L. II. p.* 254. رُمَّان الأَنْهَار Androsaemum, seu hypericum maius. *Kam.* رمان السعال Papaver album vel species eiusdem. *Kam.* رمان الخشخاش Capita papaverum. *Gol.*

رُمَّانَة Pondus staterae, quo librantur alia; Echinus, *scil.* ventriculus brutorum, eiusve pars reticularis et asperior. *Gol. ex Meid. et Mar.*

رُمَّانِى *F.* ة Ad Punicum malum spectans; *et ab eius colore* Rubinus gemma. *Gol. ex Gl. Mar.*

رُمَّانِيَّة Cibus cum mali Punici granis aut succo paratus. *Gol. ex Mar.*

رَمِهَ *F. a. n. a.* رَمَه Vehementi aestu arsit *dies*. (*Vox Jemanensis quam Ibn-Doraidus in lexico adnotavit.*)

رمه Avellana Indica. *Dicit Avicenna L. II. p.* 252: هو البندق الهندى وهو ثمرة فى عظم البندق متخشخشة ويتعلق عن حب كالمرجيل.

أَرْمَهَزَ Dedit quicquam *c.* لِ *r.* *Dicitur* لا يرمهز بشى. (*Observandum, in Kamusi editione Calcutt. legi* بشى; *sed quum Kamusi interpres Turcicus cum Golio consentiat, hoc praeferendum putavi.*)

مُرْمَهَز Locus desiderii. *Dicitur* شيء مرمهز Hoc est desiderio dignum.

مُرْمَهِز Agilis; promtus in agendo. *Kam.*

رَمَى *F. i. n. a.* رَمْى، رِمَايَة Iecit, proiecit *c. a. r. vel c.* ب *r. Kam. Dj.* (*sc.* الارض) *conf. Tochfat Ichw. p.* 252; Iecit, iniecit *in medium rei c.* فى *r. cum* لِ *l. conf. Descriptio terrae Malab. p.* 11; Abiecit e manu rem *c. a. r. et* من. *Dj.*; Coniecit *sagittas c. a. sagitt. et c.* عن *vel* على *arcus* (*non cum* ب *arcus*). *Kam. Dj.* رمى فلانا برأس الارض Capite quendam privavit *suppl.* الارض *Wakid. p.* 90 *t. Ar.* رمى عليه نفسه Se totum alicui tradidit. رمى فلان يرمى من وراء فلان Aliquis defendit aliquem. رمى بالناقة الفجاج Camela vehens celeriter ingressus est vias inter montes. رمى بناقته الفلاة In desertum camela vehens iter direxit. رمى هواه Quod voluit assecutus est; *tum* Tendit, petiit, assequi voluit. *Dicitur* رايت ناسا يرمون الطايف Vidi homines Thajefum petentes; *inde quoque* 2) Iuvit *Deus aliquem c.* لِ *p. Kam. Dj.*; *et contra* 3) رما الله فى يده *vel* فى انفه *etc.* Eius manum vel nasum affligat Deus! *tum quoque a iaculando* 4) Contumeliis petivit *aliquem c. a. p.* (*Djeuh. in marg. ut* قذف); 5) Excessit *numerum quinquaginta c.* على. *Kam. Dj.* III *n. a.* رِمَاء، تَرْمَاء، مُرَامَاة Cum altero iecit; Iactu certavit *c. a. p. Kam. Dj.* IV Iecit, proiecit, abiecit *c. a. vel c.* ب. *Kam. Dj.*; Proiecit *e manu rem c. a. r. et* من. *Kam.*; Deiecit *de equo c. a. p. et* عن. *Dj.*; *et* Eiecit, expulit *aliquem regio c.* ب *p. Kam.*; Excessit, plus fuit quam *quinquaginta c.* على *r. Kam. Dj.*; *pro* أربى Foeneravit. *Dj.* V Iactu, *pec.* ad scopum, certavit. *Dj.* VI *Pl.* Iaculati sunt inter sese. *Kam.*; Semet deiecit proiecitve *coram aliquo c.* على *p.*; Eiecit, expulit *aliquem regio c.* ب *p. Kam. Harir. p.* 470; Congesta et partibus accumulata fuit *nubes*. *Kam.*; Laxa, remissa fuit *res*. *Kam.*; Tetendit *vel* transiit *in statum quendam res c.* الى *r.* *Inde dicitur* ترامى امره الى الظفر *vel contra*

الى الخذلان . *Dicitur quoque* ترامى الجرح الى الفساد Vulneris conditio peior evasit. *Dj.* VIII Iecit, proiecit *rem c. a. r. vel c.* ب *r. Kam.*; Iactu petivit praedam. *Dj.*; Iactu petitus fuit. *Kam.*; Proiectus fuit. *Djeuh.* *Plur.* Iaculati sunt inter se. *Kam. Moall. Amr. b. Kelth. v.* 74.

رامٍ *Pl.* رُمَاةٌ Iaculator, sagittarius; Qui dicteriis petit, conviciator. *Gol. ex Mar.* الرامى Nomen astri sagittarii, arcitenentis. *conf. Ideler Untersuchungen etc. p.* 184 *sq.* الرامى الذعاف Iaculator interficiens *i. e.* solers. *Meid.*

رمى Iacti a puero lapidis sonus. *Kam.*

رَمَاءٌ Augmentum, foenus. *Kam.*

رَمْيَةٌ Iactus unus. *Proverb. locutio* رُبَّ رمية من غير رامٍ *dicitur*, quando contra exspectationem res, quam experientia destitutus tractat, bene cedit.

رَمِىٌّ *Fem.* ة Petitus, iactus, proiectus. *Pl.* أَرْمِيَةٌ, أَرْمَاءٌ, رَمَايَا Parvae partes nubium; *aliis* Nubes, quae guttas magnas et vehementi iactu emittunt, *pec.* media aestate vel autumno subortae. *Dj.*

رَمِيَّةٌ Sagitta petita praeda. *Dj.*

رِمِّيَّا Iaculatio (*lapidibus aut sagittis*). *Kam. Meid.*

مَرْمًى *Pl.* مَرَامٍ Locus, qui petitur, Meta *Harir.*; Locus periculosus, ubi quis petitur.

مِرْمًى *Pl.* مَرَامٍ Instrumentum, quo petitur, sagitta. *Diw. Hudseil.*

مُرَمٍّ Explorator. *Kam.*

مَرْمَاةٌ Res inter utramque ovis ungulam enata (*pro* مِرْمَاةٌ). *Kam.*

